

*Brito.
Ferret.* nebatur Brachara, quæ suos adhuc habebat prælatos, ut affirmat Brit. 2. p.lib.7. cap.16. Ferret. in historia D. Iacobi, cap.19.lib.3. quod tamen longè aliter euenit Toleti, nullum enim prælatum habuit, dum fuit Mauris subiecta, ut constat ex literis Urbani secundi, *Ad nihilum, inquit, Christianæ religionis libertas illic redacta est, ut nulla viguerit Christiani Pontificis dignitas.* At postquam ab Alphonso Rege Catholico Brachara recuperata est, suum sustinuit primatum, quem mirabantur ciuitates reliquæ, quæ à Mauris vendicabantur, ut affirmat Ilhescas. in histor. Pontif. lib.5. cap.165. Moral. lib.11. cap.73.

Ilhescas. 29 Et verò considerandum valde est Catholicam religionem semper in Hispania initium habuisse à Gallecia, & Brachara, quæ huius prouinciæ caput, ac Primas erat. Primo enim Romanorum tempore creatus est Bracharen sis præfus D. Petrus martyr ab Apostolo D. Iacobo, cuius erat discipulus, ut suprà diximus. Secundò, veluti de integro introducta est fides in Hispaniam Arrianis erroribus contaminatam, cum scilicet Gotthi, ac Suevi religionem Romanam, & Catholicam amplexi sunt, quo tempore prius Bracharæ fidei reconciliati sunt Sueuorum Reges, tempore Theodomiri anno Domini. 558. iuxta Loaysam, vel potius anno 557. iuxta Brit. 2.p.libr.6.cap.7. Gotthi autem non nisi multò post annū. 1. Domini. 627. Toleti hæreses damnauerunt regnante Recaredo, ut testatur idem Loaysa in Decretum Gundemari, §. 3. Tertiò redacta est Hispania in pristinam religionem post Maurorum expulsione, Bracharæ autem fides reddita

A anno 757. iuxta Brit. citat. lib.3. cap. Brito. vel potius anno 840. iuxta Ludouicū Nunez in sua Hispania cum per Ludo. N. nez. Alphonsum Castum à Mauris recepta fuit, Toletum verò, non nisi longo post tempore anno scilicet 1083. & fidei, & libertati fuit restitutum, ut inquit Ilhescas lib.1. histor. Pontific. Ilhescas in vita prædicti Regis, Itaque semper fides per Bracharam in Hispania instaurata, vel ipso etiā Numine hoc fauorem Bracharæ primatum manifestante. Atque ad hæc usque tempora suo priuilegio Primatis pacifice gaudebat Brachara, ut patet ex grauissimis Auctoribus apud Ludouicū Nunez in sua Hispania illustrata dicto cap.51.

B 31 Perseuerauit hoc ius sine vlla cōtrouersia usque ad Innocentium tertium, quo tempore cœpit Toletum ad Primatum aspirare, Regum scilicet Castellæ præsidijs fretum usque ad Honorium Papam item tertium, ut constat ex cap. Coram, de Ininteg. restitut. quæ lis adhuc indecisa est, ut liquet ex literis eiusdem Honorij, quæ asseruantur in Archiuo Bracharense. Cap. Cr. rām.

C 32 Cum hæc suprà dicta vera sint, & indubitata, inuestigandum est quonā iuris colore nitatur Toletum, ut Primatiale sedem sibi affectet? Respondeatur niti priuilegio quodam Urbani secundi, quo primatum illi concessit, ut affirmant, & ibi supponunt citati Doctores in quæst. præcedenti n. 4. quod priuilegium confirmatum sit in forma communi per aliquos Papas Urbani successores, ut probat Loaysa in Decreto Gundemari. §. 5. Alij Loaysa. etiam Doctores in hanc rem afferunt Decretum quoddam in cap. Cum longe. Ca. Cham. distinet.

Vnde

*Loaysa.
Brito.*

Loaysa.

82

1083

C. Sa
fand.

S. II d.

Loaysa
Brito

33 Vnde quanuis Doctores aliqui affirmant Toletum hanc litem intentasse, vbi primum à Maurorum imperio est liberata, in ea qualitate ostendisse Primum sibi non solum priuilegio, sed etiam antiquitate deberi, egregie falluntur. Rex enim Alfon-sus sextus Toletum recuperauit anno Domini. 1083. vt suprà dictū est, ac proindē centum, & quinquaginta anni interfuerent ante litis promotionem. Quod si Toletum iure antiquitatis Primum intenderet, non ita priuilegio illo Urbani secundi nitetur, quod posteà Bernardus Toletanus Archiepiscop° āno scilicet 1088. impetravit à Summo Pōtifice, vt inquit Loaysa vbi suprà §. 5. in additio. margin. lit. A. quo priuilegio per centum annos, & ultra non aucti sunt Toletani Prælati in litem descendere.

35 Illud ergo verum habet, neq; antiquitate, neque priuilegio suum ius tueri posse Toletum; nō antiquitate, quia in ordinem ad priuatum magni penditur vetusta vrbum nobilitas, quibus, vt capitibus Prouinciarum fides primo est denunciata. cap. *Sacrosancta. 22. dist.* Tempore vero obitus Seruatoris Christi, & aduentus Diui Iacobi in Hispaniam Brachara clarissima Romanorum Colonia, ac dicēdi iuris conuentus præcipuus erat, cū tamen Toletum longè adeo abesset ab hac dignitate, vt potius obscura quedam ciuitas esset Carthaginis dictioni obnoxia ad usque imperium Gotthorum, quo Metropolitanæ titulus à Carthagine in Toletum est translatus, teste D. Ildephonso illustrium virorum cap. 2. Loaysa in Decreto Gondemari, Brito 2. part. lib. 6. cap. 5.

36 Quod vero euāgelicus sermo Bracharæ prius innotuerit, quod ibi primum à D. Iacobo templum fuerit positum, quod D. Petrus in primum Archipræsulem illius urbis ab eodem Apostolo fuerit electus anno à partu Virginis 42. quod idem Petrus martyrium fuerit perpessus in oppido Rates, anno 44. vel 45: satis probatum suprà est nu. 5. & 6. At Toletana Ecclesia, vt commune est inter Auctores primum habuit Episcopum Eugenium cōmilitonem, vel (quod verius est) discipulum D. Dionysij, qui extitit anno 68. vt tenet Gracia de Loaysa supra faciente fidem tabula, quæ in Toletana scde seruatur: vnde liquet Diuum Petrum Bracharensem Archiepiscopum martyrio coronatū quatuor, & viginti annos, antequam Toletana Ecclesia emerget.

C Iam vero neque priuilegio nisi potest: nam Decretum in cap. *Cum longe. 63. distinct.* decerptum est ex quoddam Toletano Concilio, quod Primum dare minimè valebat, & licet valeret tantummodo concessit facultatem ad confirmandos creatos præsules, quin ne verbum quidem habeat text. circa Primum. Imovcro cuiusque alterius prouinciae ius illæsum omnino vult ad illa verba, *Saluo priuilegio uniuscuiusque prouinciae;* & confirmatur ex verbis text. ibi *permittimus,* quæ satis indicant priuilegium hoc de iure Toleto non cōpetere, tanquam Hispaniæ Primi, sed ex quadam Pontificis permissione, eaque de causa afferit Glossa ibi, verbo *Priuilegio,* & Turrecrem. n. 2, illud potius fuisse iniungere onus Toletano præsuli, quam immunitatem, aut priuilegium.

37 Cap. Cum longe.

Glossa.
Turrecr.

S Deni-

Loaysa.

C. Sacro-
sancta.

S. Ildeph.

Loaysa.
Brito.

38

Denique priuilegium Vrbani secundi quantunus à nonnullis successoribus confirmatum ius ad Primatū Bracharēsi Ecclesię non ademit; nam Pontifex antiquum ius alicui tertio adimere non intendit, nisi cū expresse id declarat, præsertim cum agatur de iure tanti ponderis ex text. in l.2. §. Siquis à Principe, ff. Ne quid in loco publico, cap. *Pastoralis*, de priuilegijs, & ibi Doctores, Corneus consil. 194. n.7.l.4. Ruynus cōsil. 3.n.8. volum. 5. Felin. in cap. *Nonnulli*, n.12. de rescriptis, & post alios multos Staphileus de literis gratiae, titul. de priuileg. motu proprio, fol. 155. Menoch. consilio 136. nu. 3. & de hac materia latè Gomez in regula de non tollendo iure quæsito per totam; quod adeo verum est, vt si Princeps expressè deroget iuri tertij intelligatur id facere propter importunitatem, & priuilegiū vires non habeat, vt per Felin. in cap. *Olim.* col. 3. & 4. de re iudicata, sequitur Gomez vbi proximè q. 1. quæ responsio aptanda est confirmationibus illius priuilegij.

39

Felin.
Gomez.

40

Quod priuilegiū illud (vti vocant) non est authenticum, imò destituitur solemnitatibus, quibus priuilegia, & literæ Apostolicæ minuuntur, neque enim habet subscriptionem, nec diē, mensem, aut annum, neque indictionem: omnis verò bulla, aut scriptura, cui defunt hec solemnitates nulla omnino, ac nullius vigoris sunt, vt in Authent. ad Tabellion. §. Illud quoque, & in Authent. vt præponatur nomen Imperat. §. Unde *Sancimus*, vbi Glossa verbo *Auctore*, Bartol. num. 3. & alij resoluunt, quod scriptura non habens annum Domini nullius est momenti, Glossa verbo, *Indictionis*, in

Auth. de
Tabell.
Auth. vt
præpona-
tur.
Glossa.
Bartol.
Glossa.

capite *Inter dilectos*, de fide instrum. Abbas in Procēmio Gregor. col. 5. Doctores communiter in capite primo de fide instrument. quæ res sine dubio est. Additur, quod nunquam Toletanus Archiepiscopus, vt talis receptus est in Hispanias, vt infrā probabimus, neque priuilegium illud, vt tale recognitum; quod verò in Lusitania non fuerit receptum certissimum est; priuilegium vero non acceptum à subditis nullius est vigoris, ita resoluit Gozadin. consil. 23. nu. 9. sicut aliàs lex non recepta non obligat, vt docet Glossa in cap. 1. de tregua, & pace, quam communiter approbatam dicit Felin. ibi. n. 6. idem ait Nauar. n. 1. q. 5. tit. de Constit.

B Perit etiam priuilegium ex nō vsu per spatiū annorum 40. quādo aliqui Ecclesiæ est concessum, vt hoc fuit, de quo agimus, vt per Abb. consilio 61. n. 7. lib. 2. Decret. cap. *Terra*, de priuileg. Felin. in cap. *Cum accessi- sent.* n. 27. de *Constitutionib.* Menoch. conf. 727. n. 15. & de *præsumpt.* lib. 6. C præsumpt. 45. n. vlt.

Habemus præterea exempla plurima, quibus ostendimus Bracharenses Primates, vt tales ab Episcopis, & Castellæ Regibus fuisse recognitos. Nā Rex Alphōsus 8. Hispanię Imperator (etiam postquā predictus Bernardus Toletanus ad primatiam adspirauit propter illud præfatum priuilegium) confirmationem Lucensis Ecclesiæ, quæ forte vacauerat, impetravit ab Archiepiscopo Bracharēsi, cū iā Lusitania diuisa esset à Castella; constat hoc ex epistola ipsius Regis, quæ seruatur in Archiuo Bracharæ. Idem etiā accidit tempore Ferdinandi Regis predicti Alphonsi filij anno 1274. in

Abbas.
Cap. 1.

41

Gozad.

Glossa.

Felin.

Nauar.

42

Abbss.

C. Terr.

Felin.

Menoch.

43

P. C.

M.

44

P. C.

M.

45

Epiſt. A.

phonsi.

46

in

in confirmatione electionis Tudensis Episcopi Nonij Perez: & in confirmatione Rondoniēsis Episcopi anno 1346. per D.Gonsal.Pereira; hæc etiam exempla in archiuio Bracharensi sunt, ex quibus facile colligitur, si Toletanus primas esset ab ipsis postulandas has confirmationes præcipue ab Hispanis Regibus; legitur in hanc rem testimonium prædicti Imperatoris Hispaniæ Alphōsi apud Vasuum in Chronico Hispan.toto cap. 20. cuius auctoris ea inter alia multa carpsi verba, quæ sic habent: *Ego certè professionem obedientiæ Mindoniensis, Asturiensis, Tudensis, Lamecensis, Olyssipponensis, Zamorensis, Auriensis, Episcoporum Bracharensi Archiepiscopo factam vidi, etiam post Toletum Sarracenis adeptum, & epistolam Alphonsi Hispaniæ Imperatoris ad Ioannem Bracharensem Archiepiscopum, super confirmationem Episcopi Lucensis, &c.* Hac de re plura affert P.Cosm.Magal. in manuscriptis de Primatu Hispan.cap.27. qui etiam cap. 22. agit de prædictis confirmationibus, & præcipue cap.21.

47 Cōcludimus ergo priuilegium illud, vt nominant inualidum fuisse, defectu solemnitatis, quæ quanuis datur nihil obstat iuri Bracharensi; etenim optimè prosequitur P.Cosmas Mag. cap.19. nalla in ea concessione antiqui primatus siebat mentio, nec decretū illud inducitur, quo ius alterius Ecclesiæ lœdatur; nec præsumendum est talem fuisse Summi Pontificis intentionem. Dato vero, & non cōcesso, quod de priuilegijs illius valore dicunt aduersarij ex eo saltem redderetur cassum, quod nusquam est receptū vsu, imò iam aduersus illud præscriptū esse patet ex dictis.

*Archiu.
Brach.*

Vasaeus.

*P.Cosm.
Magal.*

*P.Cosm.
Magal.*

scilicet

Etenim dicet fortasse Toletanus 48 Archiepiscopus in multis Concilijs Toletanis inuentos fuisse præsules Bracharenses, quin præcessent, imò potius præerant Toletani: ergo isti, non illi sunt Primates. Respondetur tamen facile, non ex eo præfuisse, quod Primates, sed quod legati cōfissent Apostolici, vt videre est in literis Papæ Paschoalis, quæ sunt in Archiuio Bracharensi: ex quibus literis *Literæ
Pasch.Pa
pa.* colligitur priuilegiū illud Legati cōcessum Bernardo Toletano Archiepiscopo per Urbanum secundum, reuocatum fuisse per Paschoalē secundum, respectu Ecclesiæ Bracharensis. Quid quod Bracharenses Antistites in Toletanis Concilijs præfuerunt? 49 Ita profectò accedit in 6. Cōcilio Toletano, vbi afficit, & præfuit Eugenio Toletano Julianus Bracharensis; in alijs verò non præfuerunt, quia aderant Hispalenses Archiepiscopi, S. Isidor. & S. Leandrus, qui quia legati præesse dedebant Primatibus, & Patriarchis, vt per Asor. 2.p. instit. moral.lib.3.cap.36.vers. *Item in Hispania.*

Addit verò Dexter in Annalibus, 51 primo scilicet Toletano in Concilio *Dexter.* præfuisse Patroninum Archiepiscopum Braeharensem; quanuis alij elegant Patronum; alij verò Paternum, imò volunt Archiepiscopū fuisse Toletanum, quod fieri non poterat, nisi esset legatus: nam tūc tēporis adhuc Toletum subiectum erat Carthagini Metropoli, Carthago verò Brachare, Conciliū enim celebratum est anno 400. iuxta Moral.lib.11.c.4. Brito de Monarc. 2.p.lib.5.c.30. & idē videtur *Moral.* sentire Ilhescas in histor. Pont. Carthaginensis vero ciuitas excisa est *Brito.* anno 418. in Metropolim est eius, *Illescas.*

S 2

vt

Moral. vt constat ex Moral. libr. 12. cap. 12.
Loyfa. Loaysa in synodo Toletano sub Gādāmaro. Ex quibus collige, quo iure nitatur Toletum cum ad illa usque tēpora suffraganeū fuisse Carthaginē: Primatus verò iuxta prædicta nō nisi in primarijs vrbibus foret, &c.

52 Cōfirmatur verò præter dicta ius Bracharensis Primatus, ex eo quod postquam in Concilio Lucēsi ea Ecclesia est Metropolitana, ut diximus, Archiepiscopus Lucēsis interfuit Cōcilio Bracharensi tertio, communiter 2. eique, ut Metropolitanus subscripsit authore Fr. Bernardo de Brito 2. p. lib. 6. c. 15. Præcedit autem ei Concilio Bracharēsis Archiepiscopus, qui ibi in quoddam decreto Primas est declaratus, ut constat ex Canon. 24.

*Cōc. Bra
char.* illius Concilij, quod scripsit Fr. Bernārd. citatus. Interfuere autem Præfules Galliciæ, & Asturiarū, & ex Lusitanis, Vicensis, Conimbricēsis, Aegitaniensis, Lamecensis, & Magalonensis, &c.

53 Ad hæc Summi Pontifices, ut Primates habuerunt, & nominarunt Bracharēses Archiepiscopos, ut patet ex Bulla In-
Bulla In- Bulla Innocentij 4. transmissa ad Lu-
nocent. 4. sitaniæ Regem, qui tunc erat circa coenobiorum reformationem, & ex Bulla Bo-
Bulla Bo Bulla Bonifacij 9. expedita tempore nifac. 9. Archiepiscopi D. Laurentij, qua reuocatur immunitas quædam Grima-
Archiu. & alia, quæ hanc veritatem stabiliunt Brachar. in Bracharensi Archiuo.

54 Prætereà cum in Concilio ultimo Bracharensi præsedisset D. Fr. Bartholomæus à Martyribus, heros ille, & sanctitate, & literis celeberrimus, cumquè Hispaniarum Princeps vo-

A caretur in edictalibus decrecis, alijsq; eiusdem Concilij acta eius Romam missa sunt, ut confirmarentur ibique Conciliū Apostolica auctoritate munatum fuit à Cardinali Alexandrino, qui cum aliqua in Decretis emendauerit, nihil omnino correxit imò confirmauit ea, quæ dictum præfulem Primatem nominabant; idemq; Cardinalis Apostolicæ sedis nomine, eūdem Primatem vocat in diplomate confirmationis, quod ad finem eiusdem Concilij annexum est. E contra 55 verò in ultimo Toletano Concilio B habitato anno 1565. qui conuenerant Prælati, Archiepiscopum Toletanum Primatem dici nunquam passi sunt. Ea propter in nullo decreto, aut parte Concilij eo titulo insignitur.

Deinde Lusitani Reges, Prælati, Archipræfules, & Antistites, omnis denique Clerus, & sacerdotalis Curia Archiepiscopos Bracharenses Primates semper vocarunt; id constabit fusè ex sequenti quæstione.

C Ex præcedenti igitur discursu notissimum est Primatum Hispaniæ esse in Bracharensi Ecclesia, non verò in Toletana, ut post alios auctores idem affirmat Ferret. in Historia D. Iacobi libr. 1. cap. 14. Cabedo decis. 179. num. 3. p. 1. Dexter auctor gra-
Ferret.
Cabedo.
Dexter.
Ferret.
San- uissimus, quem refert citatus Ferret. in hæc verba. *Nam & Apostolus Sanctus Iacobus peragratis vrbibus Hispaniæ, multisquè erectis Ecclesijs. & Episcopis creatis, primum Brachare reliquit Episcopum.* Imò Hispani etiam Authors, qui Toleti fauent, fatentur Bracharenssem Ecclesiam ab Ecclesiæ Primitiæ tempore pacifice possedisse Primatum usque ad Alphonsum VI. qui Toletū à Mauris recepit, ita

55

56
*Conc. To
let.*

57

58

Ferret.
Cabedo.
Dexter.
*Ferret.**San-*

Ilhesas. ita Ilhesc. in histor. Pontif. lib. 5. cap. 165. *Moral.* lib. 11. cap. 73. vbi fatetur propter Gotthorum Regū potētiam extortam fuisse à Brachara primatiā. Quæ si attenderent minimum Tole-tani priuilegij valorem, & quod Re-ges Gotthi Primatū nec tollere pos-sent, nec dare, nimirum faterentur Primatum in Brachara hodieq; dura-re.

Honorius 60 *Papa. 3.* Ex quibus tandem infertur, quod si Honorius Papa 3. non iuberet, vt lis ista omnino maneret indecisa, per Decretum quoddam, quod Brachare asseruatur, sine dubio victoriam Bra-charensi Præsuli adiudicandam fore, pro quo, & ratio pugnat, & iustitia.

61 Præcedentibus quæstionibus egi-mus de Primatu Hispaniæ secundum ius proprietatis, resoluimusq; Archi-episcopum Bracharesem verum esse, ac proprium Primatem. Tertiò verò quærimus, vtrum idem Archipræsul habeat huiusmodi dignitatis posses-sionem? Ad cuius quæstionis resolu-tionem, necessarium est ea ab exordio recolere in quibus prædicti Ar-chiepiscopi primatales actus exerce-erunt. Primus igitur Diuus Petrus de Ratez Præpositus Bracharensi Ec-clesiæ à D. Iacobo Episcopum Tu-densem creauit, vt affirmat Sando-ual de antiquitat. Tudens. fol. 16. pre-fecit etiā Portuensi Ecclesiæ D. Bas-ilæum, qui posteà Diuo Petro suc-cessit, vt auctor est idem Sandoual, quos actus præstitit, vt verè Primas.

62 *Sandou.* Iam verò constat ex præcdenti quæstione; Patronum Bracharensem Archiepiscopum prefuisse primo Cō-cilio Toletano, tanquam Primatem, vt diximus n. 26. & in 1. Cōcilio Bra-charæ nuper inuento, nominatus est

primæ sedis Episcopus. Et in secun-do recognitus, ac declaratus est Pri-mas, vt patet ex n. 27. & in Concilio Lucensi suffraganea facta est ea ciui-tas Bracharensi, vt constat ex n. 9. & non obfuit, quod Lucensis Ecclesia iam Metropolis esset. Deniq; in Cō-cilio apud Celenas celebrato à mul-tis Metropolitanis missa sūt eius acta Bracharensi Præsuli, vt ab illo tan-quam Primate confirmarentur, vt constat ex n. 10.

Bartol. 64 Ex quibus actibus manifestum est possessionem Primatus ab ipso prin-cípio in Brachara fuisse præterquam quod vnu tantum prædictorū actuū sufficiēs foret ad ius possessionis ac-quirendum; possessio enim iuris cor-porei in materia tam graui per vnicū actū acquiritur, ita resoluit Bart. in l. 1. §. *Hoc interdiū, ff. de itinere, actuq;* priuat. Innocent. in c. *Cum Ecclesia,* de causa possessionis, & propriet. & ibi-dem Butr. n. 25. Abbat. n. 22. & ibidē communiter alij, quos sequitur Mas-card. de Prob. concl. 1191. nu. 9. post

Decius. 65 C Decium consil. 134. nu. 1. vbi asserit, quod ex vnicō actu præsentandi cū effectu acquiritur quasi possessio iu-ris patronatus; imo resoluunt Aucto-res non solūm acquiri dominium per vnicum actum in actus eiusdem spe-ciei, sed etiā in omnes alios, qui per-tinent ad munus, de quo fuit posse-sio, ita Abb. consil. 71. col. 2. n. 3. lib. 2. Felin. in cap. *Auditis,* n. 19. de præscrip-tionibus, Capella Tolosan. q. 322. Vant. de nullit. tit. quibus modis sent.

D nullæ defendi possint num. 40. post Rebusum ad ll. Galliæ tom. 3. titul. de matern. possess. 197. & alij, quos refert, & sequitur Mascard. de Probat. conclusione 946. cum seq.

Innocent.
Butr.
Abbas.
Mascard.

Decius.

66

Abbas.
Felin.
Capel. To-lof.
Vant.
Rebusum.

Mascard.

67 Hanc pacificam possessionem te-
nuerunt Bracharenses Prælati usque
ad tempus Innocent. 3. in quo Tole-
tanus litem de hac re intentauit, in
qua Toleti Archiepiscopus Auctor
fuit, Bracharensis vero Reus, ut pro-
bat textus in cap. Coram, de restit. in
integ. vt supponunt ibidem Butr. Pa-
normit. Asor. instit. moral. 2. p. libr. 3.
cap. 36. vers. Alexandri tertij, cum se-
quenti, & clarius patebit ex processu,
qui est in Curia Romana; cum vero
Archiepiscopus Bracharensis fuerit
Reus, patet ipsum possessorem esse
ex regula text. in l. officium, ff. de Rei
vendic. & ibidem Doctores, si enim
non esset possessio ab eo minimè Pri-
matus peteretur.

68 Mota vero lis in hunc modum non
ademit, immo possessionem confirma-
uit, dum sententia non resoluitur; immo
Toletanus vim inferret Bracharensi,
si pendente lite actus aliquos prima-
tales exerceret, ut in materia posses-
sionis, seu quasi iurium corporalium,
resoluit Innocent. in cap. Abbat. 5.
Insucent. Syluan. n. 2. de verborum significat.
Syluan. Flores in lege prima, col. 1. ff. si serui-
tus vendicetur, Capissius decis. 259.
Capissius. n. 13. speciatim vero in subiecta ma-
teria crucem attollendi probat text.
Cap. 1. vt lit. pend. in cap. 1. vt lite pendente, & ibidem
omnes, Capissius ubi proximè n. 12.

69 Probatur eadem possessio usque
ad recentiora tempora; nam postquam
Bernardus Toleti Archiepiscopus ad
Primatum adspirauit per Urbani pri-
uilegium, confirmauit nihilominus
Bracharensis Episcopos aliquos Ca-
stellæ, & Galliciæ, quod tamen non
prestitit Toletanus, nec Bracharensis
idem faceret, nisi esset Primas, quæ
omnia patent ex quæst. præcedenti.

70 Discurrendum modò breuiter est
per eos Archiepiscopos, qui ius suum
tutati sunt ibi Primalalem crucem
præferendo, ibi alia suæ dignitatis
insignia ostendendo, Ferdinandus im-
primis Bracharensis Primas Olysi-
ponem ingressus est Primali cruce
præeunte, cui cum resisteret Olysi-
ponensis prælatus, per inhibitorias
literas Summi Pontificis prohibitus
est, in quibus videbatur, ut in sua pos-
sessione Bracharensis Primas insiste-
ret, ut constat ex Archiuo Bracharæ,
huius vestigijs insistens Emmanuel
Sousa, nemine contradicente, dupli-
catam crucem, ut primaten decet,
gestare cœpit, ut testatur P. Cosm. Magal. cap. 26. similiter etiam Geor-
gius da Costa Archiepiscopus, cum
Eboram peteret ad nuptias Alphon-
si, Ioannis secundi filij, omnia Prima-
ta munia exercuit, ut constat ex pu-
blicis literis, quæ seruantur in Ar-
chiuio Bracharæ.

71 Bartholomeus de Martyribus, cu-
ius nota est omnibus sanctitas, cum è
Concilio Tridentino reueteretur,
Madritum, & Toletum ipsum est in-
gressus, præeunte cruce nudata ope-
rimentis, & in altum sublata, ut præ-
ter Eduard. Nun. in description. Lu-
sit. cap. 6. testatur P. Cosm. Magal. ex
auctoritate Comitis Portalegrensis
Toleti nati, & qui tunc temporis in
eadem vrbe, unus erat ex ijs penes
quos reginen incumbebat. Idem in
Comitia veniens, quæ in oppido Thom-
mar habita sunt sub Philippo II. His-
paniarum Rege, cum adessent grauif-
simi Archiepiscopi, præunte cruce in-
gressus est, omnesq; Ordines Prima-
ti debita obsequij iura concesserunt,
ut constat ex Archiuo Bracharensi;
ipse

P.
N.Archieb.
Brachar.

Cosm. Magal.

Archieb.
Brachar.Eduard.
Nun.

Magal.

72

Archieb.
Brachar.

P. Cosm. Mag.
73
ipse insuper Philippus Primate eum,
& literis ante se subscriptis, tum etiā
sermone honorificè compellauit, vt
testatur P. Cosm. Mag. cap. 26.

Alexius de Menezes verus Eccle-
siæ Dei Antistes, vir omnibus inge-
nij, virtutisq; dotibus ornatisimus
cum palliū Olyssippone acciperit sta-
tim Primatelem crucem extulit, vt
decebat Primatem, qua sublata, solē-
ni supplicatione Olyssippone proces-
sit; qua de re testatissimæ literæ affer-
uantur. Idem cum in Curia Philippi
tertij obīret anno 1617. elatus ad tu-
mulum præcunte cruce Primali,
cunctis spectantibus.

74
Ultimò. tandem Alphonsus Fur-
tado de Mendoça, in quem omnia tū
naturæ, tum artis, tum sanguinis or-
namenta confluxisse videntur, qui
modo Lusitanæ moderator cūt dignis-
simus, cum ad Comitiā Regni Oly-
ssipponem pergeret sub Philippo III.
crucem semper præ se tulit, populo
mirabiliter applaudente. Quicquid
Olyssipponensis immerito repugna-
ret; idemquè duplicatam crucem de
antiquo Primatū more inuexit, &c.
quæ omnia testem habent Lusitanā.

75
Hæc Bracharenses Primates: quic-
quid Toletani Archiepiscopi? Bartholomæus Carrança Toletanus en-
Britania in oppidum *Lando* appulsus
non est, cum maximè vellet crucem
extollere, quia Burgenis Episcopus
suffraganeus resistebat, ita P. Magal.
cit. cap. 27. imo laudati sunt à Sum-
mo Pontifice, qui Toletano crucem
in aliena diœcesi præferenti obsti-
runt, vt probat fusè P. Cosm. Magal.
cit. cap. 28. Nec profuit occasione
alia Toletano, quod Aragoniæ Regis
filius esset, ne excommunicationis

fulmine interdiceretur à Tarragonē-
si, & Cæsaraugustano Præsule, vt cru-
cem erigeret, imo recognita à Sum-
mo Pontifice veniam dandam cen-
suit Metropolitanis resistentibus, ab-
solendum prætercà à censuris To-
letanum, si forte legatus esset, iussitq;
vt dum causa penderet nec Toleta-
nus, si illac interfaceret crucem præ-
ferret; ita constat ex Annalibus Ara-
goniæ 1.p. volum. 2. & 6. c. 33. quod
accidit anno 1431. & p. 2. lib. 14. c. 6.

76
Archiv. Bracbar.
Cōfirmatur possessio ista Bracha-
rensis Primatus, quia in Archivio
Bracharensi multæ sunt bullæ, & bre-
via Innocentij 4. Bonifacij 9. & alio-
rum, in quibus Primates vocantur
Bracharenses Archiepiscopi, adde
ex eodem Archivio constare eodem
titulo donatos fuisse Archiepiscopos
Olyssipponensibus, Eborensibus cū
suis Capitibus.

77
Deindè extant diplomata multa
tum antiqua, tum recentia vel in Ar-
chivio Bracharensi, vel eiusdem vr-
bis relatione; vt præter eam scripta
alia Regum tam publica, quam pri-
uata, ex quibus patet Lusitanos Re-
ges & agnouisse semper, & vocasse
Bracharenses Archipræsules Hispa-
niarum Primates, & vt talibus hono-
rem detulisse. In lege verò de vrba-
nitate lata anno 1597. iubet Rex vt
tantummodo erga Archiepiscopum
Bracharensem vtpotè Primatem ho-
norifica præfatio, *Senhoria reuerendissima*, exhibeatur. Qua præfatione il-
lum allocutus semper est ecclesiasti-
ca, & sacerdotalis Curia; ipse vero Ar-
chipræsul Bracharensis, vel scripto,
vel alloquio, vel quocunque alio actu
in quo Regis mentionem fecerit po-
test dicere, *Elrey meu Senhor*, vt con-

D
stat
S. 4

stat ex manifesta consuetudine, id tam
men nulli alij prælato conceditur.

78. Et ex his nominationibus, atque obseruantia præcipue utriusque statutus Ecclesiastici, & sacerdotalis, probatur iurisdictionis possessio, & iurium aliorum incorporalium, ut post Al-
Alban. ban. consil. 64. n. 5. post soc. sent. con-
Socin. fil. 187. col. 3. in princip. l. 2. quos se-
Menoch. quitur Menoch. de retinend. remed.
3. nu. 387. atque secundum hanc pos-
sessionem iudicatum est in domo sup-
plicationis Archiepiscopum Bracha-
rensem citandum esse tanquam Pri-
matem, ut per **Caldas** decis. 19. 1.p.
vt suprà attigimus, qua præcedenti
nu. 9. Nuper etiam in epistola, quam
Philippus III. misit Alphonso Furtado de Mendoça dignissimo Bracharense Archipræsuli, in qua eum vocabat ad Regni comitię Olyspone celebrata Primatem nominabat.

79. *Epist. pbi* 80 *Epist. Ca-*
lip. 3. *mpea.* Olysponensis Camera in epistola, quā rescripsit Augustino de IESV Archiepiscopo Bracharense, & de omnibus illum optimè merito Primate appellat. Confirmatur tandem hæc possessio, quia ab antiquissimo tempore usque ad præsentem ætatem Bracharense Curiae mos est in omnibus literis sentent. Reuerendis. ut Bracharense se Primate in subscriptionibus assignet: quæ literæ feruntur ad præfules Lusitanæ, & ab illis feruantur ea, quæ in literis iubentur; quæ omnia latè videre est in Archivio Bracharense.

81 Ex quibus actibus prædictis ma-
Archiu. nifestè deducitur Archiepiscopū Bra-
Bracbar. charensem esse in possessione Prima-
tus Hispaniarum ab Apostolo aum tē-
pore usque ad præsens tempus.

His omnibus attente consideratis

liquidò appareat, quanto iure Bracha-
rensis Ecclesia primatum Hispaniarū
A obtineat: quod tum auctoritate, tum rationum momentis, tum titulo pos-
sessionis per tot annorum seriem nū-
quam interruptæ optimè stabilitur.
Et verò si rem diligenter inspicere voluerimus, nullam in Hispanijs dig-
niorem primatu inueniemus: siue ur-
bis ipsius antiquitatem, siue potentiam,
siue gloriam militarem, cuius Roma-
ni olim testes fuerunt, respiciamus;
quæ certè etsi longius petita videan-
tur, tamen indicia quædam principa-
tus, & quasi præsagia videri possunt.
Quod si diuina spectemus ea primū
fidem recepit, ea Christi vexillum
extullit, ea Protomartyrem Hispanū
fudit, ea plurimos viros sanctitatis, &
scientiæ laude præstantes, vel pe-
rit, vel educatit, vel grēmio suo com-
plexa est. Sed nihil eam æquè com-
mendat, quam præclarissima illa Ar-
chiepiscoporum ab initio ad nostra
usque tempora ducta series, quæ vel
ipsa mentis acie decursa, & inspecta
C primam sibi & sedem vendicare, &
dignitatem videtur. Neque verò anti-
quiores tantum, sed & ij, qui conse-
quentibus annis, & nostris item sæ-
culis floruerunt primatu digni iudi-
cabuntur. Prouidit enim certè, si us-
quam alibi Deus ne Bracharense Ec-
clesiæ Prælati deessent, qui cum ad
sustinendam Primatū personam apti,
tum ad suam legitimam possessionē
tuendam, & continuandam facti vi-
derentur. Atque ut omittam veteres
D illos Heroas, quorum plures cœlesti
palam sunt ciuitate donati, nemo sa-
nè ambigere potest Bartholomæo de
Martyribus, Augustino Castrio, Ale-
xio Menesio, Alphonso Furtado Mé-
docio

docio clarissimis Prelatis omnia fuisse ornamēta virtutum, quæ tum eos prioribus non impares, tum primatu Ecclesiarum Hispaniarum dignos efficere possent. Atq; ut ex vnius persona cæteros pendamus, ad eum veniamus, qui nunc ad eandem est Sedem, & dignitatem promotus magna animorū consentione magna omnium ordinum lætitia, & gratulatio ne: cuius ille Sedis nō magis possessionem modo accepit; quam omniū qui ante se fuerunt, Archiepiscoporum virtutis, sapientiæ, splendoris, gloriæ hæreditatem adiuit. Hic est ille D. Rodericus à Cunha Portuen sis olim Episcopus, vir in quo sunt omniæ, quæ Pastorem perfectum, & omnibus numeris absolutū reddunt. Nam in eo splendor sanguinis eximus clarissima tum paternæ, tum maternæ familiæ luce accensus irradiat. Generosi, & excelsa in doles, magnarum rerum capacitas prope immēsa animi altitudo maxima comitas singularis, humanitas incredibilis naturam per beatam deprædicat virtutes suauē in eodem cōcentum efficiunt, ex pietate in Deum, misericordia in pauperes, iustitia in causis, clementia in subditos, ac reliquis omnibus temperatus. De ingenio, de quæ doctrina nihil amplius dicam, quam quod libri ab eo hactenus editi clamant. Quorum alter de sollicitatibus multiplicē continet in re tam intricata, tamq; scopolosa scientiam. Alter de Iubilæo miram præ se fert in differendo subtilitatem in compendiendo facilitatem, in tractando dispositionem, in proponendo perspicuitatem, in decidendo veritatem. Tertius vero de Episcopis Portuenibus

A præter laudabile quoddam studium ornandi cæteros, miram in maiores obseruātiā, incredibilē eruditio, maternæ linguæ scientiam, styli præstantiam testatur. Neq; vero his tantum euulgatis cōquieuit, pergit felicititer, aliumque iustæ magnitudinis, quem in manibus habet, tomū super decreto emittet propé diem in lucē: ex quo quāta eius sit in sacris Canonicis eruditio, doctrinaq; facile apparebit. Aequum nēpc est, ut qui dū Portueni Ecclesiæ præfuit, tot edidit in lucem libros; nunc Bracharenī præfectus plures emittat. Ex quo omnium quasi virtutum concursu intelligere licet quanto illi Bracharenī Ecclesiæ sit ornamento futurus, quāquæ Primatus possessionē non modo firmaturus verum, & ad posteros firmiorem transmissurus. De alijs vero Ecclesijs illud profectō est sperandū, quòd gaudeant tantum Primatem se habere, quod multū de eo sibi gratulentur cuiusvirtutes adeo celebrabūt, vt in illū quadrare aliquādo pos sit, quod de Cypriano dixit Nazianz.

C Orat. 18. Non soli Carthaginensi Ecclesiæ præfuit, aut Africæ, quæ merito eius hodie celebratur, sed vniuerso Occidenti, imò Orienti fere ipsi, & Meridiei, & Septentrioni, quocunq; ille admiratione sui peruenit.

D. Greg.
Nazianz
Orat. 18.
de laud.
Cyprian.

DISPUTATIO V.

De Archiepiscopis, seu Metropolitanis.

D **P**ost Patriarchas, seu Primatest numerantur in Ecclesiastica Hierarchia Archiepis copi, ut potè qui iurisdictione, & potestate cæteros omnes prælatos

Isidor.

latos inferiores antecellunt, & sic dicūtur quasi Principes Episcoporum, docent Isidor. in dicto capit. Cleros, vers. *Archiepiscopus. 21. dist.* Quia scilicet quemadmodum Patriarchæ pluribus præsunt Prouincijs, seu Archiepiscopis, ita Archiepiscopi pluribus præsunt dioecesibus, seu Episcopis, qui suffraganei dicuntur, ut ex infrā dicendis latè apparebit.

§. I.

De Institutione, & origine Archiepiscoporum, seu Metropolitanorum.

SVMMARIVM.

- 1 Clemens Beati Petri successor singulas diuisit prouincias, & in dioecesibus, seu maioribus ciuitatibus cuiusque Prouinciae præsides, seu Metropolitanos constituit.
- 2 Ratio huius diuisionis duplex est.
- 3 Vnde Archiepiscopi nuncupentur.
- 4 Nullam dari differentiam inter Archiepiscopum, & Metropolitanum, sed solum nomina diuersa demonstrantur.
- 5 Archiepiscopos institutos fuisse ad imitationem Archiflaminum, quos gentiles in sua religione creabant, testatur Vuolphang.
- 6 Archiepiscopi corā Regē sedent operato capite, & habent in sui custodiam ratione officij Archangelum præter priuatum Angelum.

Videtur attinet ad institutionē Archiepiscoporum sciendum est ex Decreto B. Petri, ita etiam dictante Christi institutione Clementem eius successore singulas diuisisse prouincias,

vt videlicet singulæ pluribus constarent dioecesibus, & in capitibus, seu maioratibus, alias seu in maioribus ciuitatibus cuiusque prouinciae præsides, seu prælatos constituisse, quibus reliqui Episcopi singularium dioecesum illius prouinciae subessent, & ad quos eorum Episcoporum causæ, & aliæ grauiores, quæ per ipsos expediti non possent, deferrentur; meminit ita huius institutionis Anacletus in cap. 1. 99. distin. idem Clemens in cap. In illis. 80. dist. cap. Scitote. 6. q. 3.

B cap. Per singulas. 1. & 2. 9. q. 3. Ratio verò ea fuit, vt ita Ecclesiarum gubernatio esset expeditior, maiorquè eiusdem ornatus, & pulchritudo, vt sentit text. in d. cap. 1. cum alijs, & Henriquez libr. 10. cap. 30. in principio.

Illi autem Præsules cuiusque Provinciæ nuncupantur, quasi Principes, seu summi eorum Episcoporum, Archos enim Græcè Princeps significat, vt obseruat Gloss. in d. cap. Cleros, ver. Glossa. bo à Mensura, & Budæus in prioribus Budæus. annotationibus ad Pandectas in leg. Obseruare, ff. de officio Proconsulis, & ita etiam passim loquuntur iura, Cap. D: cap. De his. 12. dist. Vnde obiter appahis. ret falsò Isidorum in dicto cap. Cleros, differētiam constituisse inter Archiepiscopum, & Metropolitanum, planè enim idem sunt, solumq; nomina diuersa, vt vltra supradicta probat apertere text. in d. cap. 1. 99. dist. Addit Henriquez etiā vbi proximè Archiepiscopos institutos fuisse ad imitationem Archiflaminum, quos gentiles in sua religione creabant, quemadmodum etiam Patriarchas ad imitationem primi flaminum, vt testatur Vuolphang. Lazius lib. 2. rerū Rom.

D Cap. 1. 99. dist. Henriquez etiā vbi proximè Archiepiscopos institutos fuisse ad imitationem Archiflaminum, quos gentiles in sua religione creabant, quemadmodum etiam Patriarchas ad imitationem primi flaminum, vt testatur Vuolphag. Lazius lib. 2. rerū Rom. quinimò

S.T

quoniam aperte docent text. in dictis
capitibus primis. 80. & 99. dist. ipsos
in illis ciuitatibus fuisse positos, in
quibus apud Ethnicos Archiflaminis
erant constituti. Hodie etiam Archi-
episcopi in Hispania connuinerantur
inter magnates, & coram Rege sedet
operto capite, & ut asserit D. Thom.
1. p. q. 114. illos habere in sui custodiâ
ratione officij Archangelum præter
priuatum Angelum, qui sibi, ut alijs
priuatis concessus est.

S. Thom.

S. II.
De potestate, & officio Archiepiscoporum

SUMMARIUM.

- 1 Potesas Archiepiscopi duplex est vel in subditos sua diæcessis, vel in totam prouinciam, cui præsunt.
- 2 Qualis sit potestas in diæcesi circa suos subditos.
- 3 An in consecratione Metropolitani ab Episcopis discriminantur?
- 4 Metropolitanus licet recte consecratus sit, antequam pallium à legitimo superiore accipiat, non potest exercere, quæ ad ordinem pertinent Pontificalem.
- 5 Designatione, antiquitate, & authoritate pallij.
- 6 Archiepiscopi infra tres menses à die consecrationis tenentur pallium à Romano Pontifice, vel superiore petere.
- 7 Quæ iurisdictione competat Archiepiscopis in tota prouincia.
- 8 Intellectus cap. 3. de foro competenti.
- 9 Quid Archiepiscopus in Concilio prouinciali, & quando illud celebrare possit.
- 10 Qualis sit potestas quam Archiepiscopus in subditos suffraganeorum habet.

- A
- 11 An Archiepiscopus per se tantum de causis subditorum suffraganeorū possit iudicare, seu etiam illas subditas cuicunque suffraganei sui in eius diæcessi delegare, & expenditur cap. Renouantes de officio ord. lib. 6.
 - 12 Quo casu Metropolitanij in diæcesi suffraganei habere iudicem, aut tribunal permittatur, & subditos suffraganei ad testimonium compellere.
 - 13 An Metropolitani per simplicem querelam, de causis subditorum suffraganei cognoscere possint.
- B
- 14 Vtrum per viam nullitatis.
 - 15 Item quando ipsi subditi suffraganeorum sponte se Metropolitani iudicio subiiciunt.
 - 16 An praetextu consuetudinis Metropolitani in subditos suffraganeorum iurisdictionem possint exercere.
 - 17 In quibus casibus hac consuetudo vim habeat.
 - 18 Intellectus capit. duo simul de officio ordinarij, & capit. Cunus contingat, de foro competenti.
 - 19 Vtrum totius prouinciae cura, & suffraganeorum excessus ad Metropolitanum pertineant.
 - 20 Quando, & in quibus casibus negligentia Episcopi per Metropolitanum suppleri potest.
 - 21 Archiepiscopus notoria crimina subditorum suffraganei liberè punire potest absque appellacione.
 - 22 Intellectus cap. Nullus de dure patratus.
 - 23 An Metropolitani, quando subditi suffraganeorum de iusta excommunicacione conqueretur, de ea cognoscere possit.
 - 24 Prima limitatio huius regulæ secundum caput Venerabiliss. de sententia excom. lib. 6.
- C
- D

- 25 Secunda limitatio iuxta idem caput Venerabilius.
- 26 Quando excommunicatio suffraganei prima facie, & ex tenore processus iusta apparuerit non potest Metropolitanus subditum absoluere, sed eum remittere tenetur.
- 27 E contra verò quando excommunicatio iniusta apparuerit.
- 28 Quid possit Metropolitanus si dubitetur, an excommunicatio iuste prolatas sit, vel non.
- 29 Licet in aliquibus casibus Archiepiscopus remittere teneatur nihilominus si absoluere, valebit absolutio.
- 30 Metropolitanus Canonicorum excessus iniuste cessantium contra suum Episcopum vindicare, & metu pœna coercere potest.
- 31 Utrum Ecclesia vacante Archiepiscopus Capituli negligentiam suppleri possit.
- 32 An ratione visitationis Archiepiscopi inter suffraganorum subditos iurisdictionem voleant exercere.
- 33 Quid possint Archiepiscopi in quoque loco sua prouinciae, quantumuis exempto exercere.

Ognita ergo institutione Archiepiscoporum de illorum potestate, & officio solito ordine agendum restat. Quod ad potestatem attinet dupliciter possunt considerari, vel in sua tantum dioecesi, & circa suos subditos. Vel rursus in tota prouincia, cui præsunt. In dioecesi sua habet omnia iura, potestatem, & obligationes, quas cæteri Episcopi in suis dioecesibus obtinēt, de quibus infra agendum est, & sunt veluti quilibet alij Episcopi, solumq; in duabus ab illis discriminantur.

A Primo in consecratione, debet enim Metropolitanus à trib' Episcopis suffraganeis consecrari, omnibus alijs prouinciæ, vel præsentibus, vel saltē si non potuerint per literas consentientibus, adhibitoq; etiam consensu Primatis, vt probant text. in cap. I. Cap. I. 66 66. dist. cap. Quia. 64. dist. aliter verò dist. facta consecratione, non recipit conscratus executionem, vt notant Innocent. in cap. Ne Episcopi, de temp. ordin. & cum Sylvestro Henr. dicto lib. 10. c. 31. §. 2. Episcopus verò aliter, vt infrà notabimus. Hodie verò quia Rex est Patronus sufficit, vt ille, quem præsentat confirmetur à Papa, vt patet ex praxi, & notat Henriquez lib. 10. cap. 24. litera E. Secundo, quia Metropolitanus licet rectè consecratus sit, imò etiam si possessionem accipiat, non potest tamē exercere ea, quæ ad ordinem pertinent pontificalem; imò nec se Archiepiscopum nominare, antequam pallium à legitimo superiore suscipiat, hoc est, vel à Papa, vel à Patriarcha, si ei subiectus est, C. Nisi. cap. Nisi, cap. Cum sis, de authorit. & C. Cū sis. vsu pallij, cap. Quod sicut, S. I. de elec. Ca. Quod ctione; non ita Episcopi, qui pallio sicut. vti non possunt.

D In quo insuper aduertendum est, quod pallium in hoc sensu acceptum, prout sumitur in dicto titulo de authoritate, & vsu pallij est vestis quædam summa lanca, & candida, cuius vtrinque pendent duæ facies, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus insignita, prout per eadem verba explicat Polydor. Virgil, lib. 4. de inuentione rerum c. 12. per huiusmodi uestem significatur, & confertur Pontificalis officij plenitudo, iuxta dictū cap. Nisi, cap. Cum

- C. Cum Cūsis, c. Antiqua, de priuilegiis ac subin-
sis, dē illius quidē usus ex Romanī Pōti- A
C. Anti- ficiis decretis ad solū Papā spectat, & p
qua. insuper ad Patriarchas, & Metropolitanos; sed diuersimodè; nam cum per b
eam vestē significetur, & conferatur b
Pōficalis officij plenitudo, iuxta d.
C. Nisi. cap. Nisi, cū alijs, Romanus Pontifex
semper, & vbiq; in Missarum solēnijs
C. Adbo. pallio vti potest, cap. Ad honorē, de au- B
norem. thoritate, & usu pallij. Patriarcha ve-
rō, seu Metropolitanus solūmodò in
C. Cūsis. Ecclesijs suæ prouinciæ in Missis co-
Cap. Ex vti potest, d. cap. Cum sis, c. Ex tuarum,
tuarum. codem tit. cap. Pallium. 100. dist. extra
C. Pallij. verò minimè etiā in processionibus
Cap. 1. cap. 1. codem tit. cap. Contra cadē dist.
C. Cōtra. Tenentur autē prælati infra tres mē-
6 ses à die consecrationis pallium à Ro-
mano Pontifice, vel superiore petere
Cap. Quo alijs dignitate priuantur, cap. Quonia
niam. 100. dist. Et debent prius præstare fi-
dei, & fidelitatis iuramentum cap. Op-
tatum, eadem dist. cap. Significasti. 4.
C. Optat. de electione, postquam verò conces-
C. Signi- sum fuerit, illud alteri accommodare
ficiasti.
Cap. 2. non possunt, sed cum codem debent
Cap. Ex sepeliri, cap. 2. cap. Ex tuarum, de au-
taarum. thoritat. & usu pallij. Sanè huius in-
D. Greg. signij rationem reddit D. Gregor. ad
Maximū Episcopū Solymitanū, & de
Tertull. eo Tertull. librū scripsit, quo eiusdem
venustatē, & usu edocet. Et hæc quo
ad Archiepiscopos in sua dicecesi.
7 In tota prouincia habent etiā Archiepiscopi iurisdictionē, iuxta tex-
tum in cap. Per singulas. 1. & 2. 9. q. 3.
C. Cleros, ibi, totius prouinciae solicitude.
Cap. Per singulas. 21. dist. quæ quidem iurisdictionē Me-
tropolitanū ius appellatur, & in mul-
tis consistit: nam primo ratione illius
habet Archiepiscopi ordinariam iu-
risdictionē in Episcopos omnes eius-

dem prouinciæ cap. 1. & 2. 99. dist. d. C. 1. & 2.
cap. Per singulas, dicunturque eisdem 99. dist.
suffraganei, & Metropolitanā lege sub Cap. Per
iecti cap. Pastoralis, in principio de of singulas.
ficio ordinarij attento iure antiquo, C. Pasto-
aut in synodo, aut cum vicinis Episcopis ralis.
sine quibus eas tractare non c. Saluo.
poterant cap. Saluo, cap. Archiepiscopus C. Archi-
cum sequenti, 9. q. 3. cap. Placuit, sic episcop. i
intelligendus. 2. q. 6. cap. Si inter. 6. c. Placuit
q. 4. c. Si clericus. 11. q. 1. Hodie tamen c. Si inter
quia neque plures Episcopi, neque C. Si cler-
synodus facile poterant conueniri, ricus.
consuetudine obtentum est, vt soli Archiepiscopi ciuiles causas Episco-
porum suffragancorum definiant; cri-
minales verò in Concilio prouinciali, iuxta ea, quæ infrā, cum de illis
egerimus latè dicemus.
Ex quibus appetet rectè Docto- 8
res communiter intelligere textum
in cap. 3. de foro competenti, dum Cap. 3. de
iubet, quod si Episcopi, inter quos foro com-
causa vertitur, sint diuersarum pro- pet.
vinciarum, illum Primate deberi
dare iudices in cuius prouincia est lo-
cus, de quo contendit, procedere
etiam in Archiepiscopo, & in prima
instantia, in qua iuxta modò dicta,
Archiepiscopus de causis Episcopo-
rum cognoscet, quanvis rectius de
Primate, seu Patriarcha intelligatur.
in 2. instantia, vt suprà diximus disput.
præcedenti. Ideò autē dicendum est,
Conciliū ibi iubere, vt Archiepisco-
pus in illis terminis det iudices, nō ve-
rò cognoscet; primò, quia melius per
illos causa instruitur, & cognoscitur,
quā per remotos Archiepiscopos, &
deinde, quia cum res sita in diœcesi
suffraganei non sit in territorio Ar-
chiepiscopi, non poterat in rigore iu-
ris de illa cognoscere, per actionem.
T realem

S. Omnis realem, qua res petitur, non in perso-
nam, sed in re dirigitur obligatio, §.

Omnium, Inst. de Actionib. quia autē
laboriosū esset semper petere iudices
deficiētib^o in hoc casu, iussit Cōciliū,
vt Archiep. qui aliās est iudex ordina-
rius Episcopi, in loco rei sitæ det iudi-
ces, qui de causa cognoscere valeant.

C. Si quis Secūdō ex eodē iure Metropolita-
no, seu Metropolico potest Archie-
piscopus Cōciliū prouinciale celebra-
re irrequisito inuitō Primate, c. *Siquis*
Episcopus vacas. 92. dist. c. 1. 18. dist. in
coq; testes synodales designare, qui
in futura synodo referāt ea, quæ dig-
na fuerint reformatione, iuxta reg. c.

**Ca. Epis-
copus.** *Episcopus in synodo.* 35. q. 6. notat post
Syluest. Henr. d. lib. 10. c. 30. §. 4. in
fine, potest etiā prauas cōsuetudines
à prouincia sua tollere, vt v. g. in ce-
lebratione diuinorū officiorū, iuxta
text. in c. *De his.* 12. dist. & Trid. sess.

C. De his. 22. c. de vitandis, de celebrat. miss. Po-
T. Trident. test denique indulgentiarū literas per
C. de vi- totam prouinciā concedere cap. *No-*
t. andis. *stro.* de pœnitent. & remissionibus.

C. Pasto- Tertiō competit eisdem Archie-
r. ralis. pcos iure Metropolico iurisdictione
in subditos suffraganeorū suorū, sed
non ordinaria, quēadmodum in ipsos
suffraganeos, sed tantū in quibusdam
casibus expressis, vt eleganter inquit
Pōtifex in d. c. *Pastoralis*, in principio
de officio ordin. Laborat autē ibidē
Doctores in enumerādis his casibus,

& octo refert Glossa verbo, exceptis,
Syluester verb. *Archiepiscopus*, & alij
Sūmīstæ, quia verò aliqui iure nō pro-
bantur, agemus de omnibus, qui à iu-
re afferuntur, vt inter illos appareat,
in quibus propriè cōpetat iurisdictione.
Primus est quando subditorū causæ
ad Archiepiscopum deuoluuntur, per

A viam appellationis, tunc enim in illis
habent iurisdictionē, vt manifeste in-
quit text. in d. c. *Pastoralis*, in princip. C. *Pasto-*
cap. *Duo simul* in fine eodem tit. cap. 1. *ralis*.
de officio ordin. lib. 6. c. 1. in princip. Cap. *Duo*
de foro compet. eodem lib. cap. *Con-simul*.
questus. 9. q. 3. cum mille alijs vulgari-
bus latē Couas Practicarum cap. 9. *C. 1. de of*
fic. ord.
n. 2. Quod quidem ampliatur, vt non
solūm Archiepiscopus per se de istis *C. 1. de fo*
*causis possit iudicare, sed illas etiam *ro comp.**
subdito cuicunque suffraganei sui in *Couas*.
cius dioecesi delegare, vt probat d.

B cap. *Pastoralis*, d. cap. 1. de officio ord. C. *Pasto-*
in 6. & quanuis illum inuitum cogere *ralis*.
non possit ad delegationem acceptā- *Cap. 1.*
dam d. cap. 1. §. 1. de foro comp. lib. 6.
d. c. *Pastoralis*. Episcopus tamē suffra-
ganeo præcipere poterit, vt illum ac-
ceptare cōpellat, vt notat Glossa in d. *Glossa.*
c. *Pastoralis*, verbo *Nullam*, Henr. d. c. *Henr. 30. §. 3.* quia cū Metropolitano ex so-
lo defectu potestatis hēc coactio in-
terdiceretur, meritò per subditū fieri
possit.

II
C Neq; obstat, quod delegatio facta
non subdito extra delegantis territo-
riū, nō aliter sustineri potest, quam de
cōsensu ipsarū partiū, & iudicis illius
loci. vt in effectu docet Gloss. 1. in c. *Glossa.*
Vt litigantes, de officio delegati. Et ra-
tio est, quia nullus extra territorium
inuito iudice, & partib^o ius dicere po-
test. l. 3. de offic. præsidis, l. 1. ff. de of-
ficio Procōsulis: vnde videbatur, nec
etiā Archiepiscopū posse in dioecesi
suffraganei extra illius cōsensum de-
legare. Respondetur enim dioeceses

D suffraganeorū esse partes prouinciae,
cui Metropolitanus præst, & vti ta-
les Metropolico iure eidem subesse
in illis, quæ ad eum de iure perti-
nent in spectantibus ad prouinciam.

Vnde

Vnde cum inter hæc præcipue numerentur causæ per appellationem delatae, A iuxta supra dicta iura; meritò poterit eas etiā in diœcesibus suffraganeorū absque ipsorum consensu delegare, iux-

Cap. 1. de tate text. in c. 1. de officio ordinari. in 6.

off. ord. Hodie tamen per nouā Bonifacij cō-

Cap. Vt li *stitutionem in cap. Ut litigantes, eodē*

tigantes. titulo, & lib. coarctatum fuit, ne Episcopi possint causas ad ipsos per appellationem, vel aliter deuolutas, ali- bī, quā in sua diœcesi, aut illius à quo appellatum fuit delegare, nisi aliud de consuetudine competit, vel par- tes, & Episcopus illius loci conser- tant, vt Glossa 1. ibi declarauit.

12 Limitabis tamen posse Archiepiscopum in diœcesi suffraganei habere iudicem, aut tribunal erectum pro appellationibus audiendis propter cōmoditatem litigantium absque consensu ipsius, vt disponit textus in d.

Cap. 1. de officio ordin. lib. 6. nec etiā

off. ordin. subditos suffraganei compellere ad

testimonium perhibendum in causis per appellationem deuolutis; nec tā-

dem ad sententias, seu præcepta sua, exequenda, nisi aliud de consuetudi-

ne obtineat speciali, iuxta text. in d.

cap. 1. §. de foro competenti lib. 6. vbi

Doctores. Quo pacto autem consue-

tudo in hoc possit iurisdictionem tri-

buere infrā explicabimus.

13 Secundum casum, in quo Metropolitanus inter subditos suffraganei iurisdictionem potest exercere assignant Doctores, nempè quando causa ad illum deuoluitur per simplicē querelam, & ita sine appellatione afferentes textum in cap. *Ad reprimendam,*

de officio ordin. ibi, de iniusta tibi fuerit excommunicatione conquestus, vbi

Metropolitanus aditus per simplicem

querelam, de iniustitia excommunicatiōnis cognoscit, subditumq; absoluere potuit. Ceterū casus hic nullo modo sustineri potest; refragatur enim manifestē text. in cap. 1. de officiis legati; & cætera iura, de quibus suprà passim afferentia non posse Archiepiscopum de causis subditorū, nisi per appellationē cognoscere; vnde text.

in d. cap. *Pastoralis, Glossa verbo pro-*

nuncauerit, in cap. Conquestus. 9. q. 3. fa-

cilē soluitur, si dicas causam iniustæ

excommunicationis, de qua ibi non

versari inter subditos alicuius suffra-

ganci, puta, quādo excommunicatio

in fauorem alicuius lata fuit, tunc enī

non posset Metropolitanus absq; ap-

pellatione de illa cognoscere, iuxta

suprà dicta text. optimus in cap. Vene-

rabilibus, ibi, neutra verò partiū, de sēt.

excomin. lib. 6. sed potiū inter ipsum

Episcopum suffraganeū, & suum sub-

ditum, vt patet ex text. ibi, Eidē Epis-

copo satisfaciat competenter, ac subindē,

vti talem secūdum iuris regulas absq;

vlla appellatione ad Metropolitanum

spectare, vt text. habet, quia iuxta su-

prædicta, iudex est ordinarius causarū

Episcop. c. 1. 99. dist. c. Sicleric⁹ 11. q. 1. Ca. 1. 99.

nihilq; speciale tex. cōtinere, qd Glos dist.

sc̄ præcitatæ, & DD. non aduerterūt. C. Si cle-

Tertium casum adducūt, vt vide- ricus.

14 licet possit Metropolitanus per viam

nullitatis etiā absque appellatione de

causis inter subditos suffraganei cog-

noscere, prout dixit Abb. in cap. *In li-*

Abbas. teris in fin. vbi Barb. nu. 15. de officio

delegati, idque ex doctrina Bartoli

in l. si expressim, ff. de Appellat. col.

pen. qui scribit causam nullitatis, non

tantū posse tractari coram iudice,

qui sententiā pronunciauit, sed etiā L. Absen-

coram superiore. l. Absentem, ff. de tem.

T 2 Appel-

Cap. 1. de off. leg.

C. Pasto-
ralis.
Glossa.

C. Venera-
bilibus.

Ca. 1. 99.

Barb.

Bartol.

L. Absen-

tem.

L. Praes. Appellationib. notatur in leg. *Præses*, C. quibus, & quando iudex, vers. A *Neque hic casus admitti potest*, confunditur enim ex ijsdē fundamētis, de quibus suprà, & insuper ex eo, quia ex doctrina Archidiaconi, & Dominic. in c. *Consecrationi*, de appellationib. in 6. iudex, qui nō potest adiri per querelā, non potest etiā de nullitate absque appellatione tractare, sed Metropolitanus nō potest adiri per querelā, iuxta suprà dicta in 2. casu: ergo neq; etiā per viam nullitatis, atque ita expressè tenuit Felinus, & Decius in d. cap. *Ecclesiasticis literis*, col. vlt. Franc. in ca. *Dilecto*, de appellat. q. 27. Et ex ijsdē fundamētis, latè Cou. præst. dist. c. 9. n. 2. Neq; obstat doctrina Bartoli; procedit enī secundum eum in illo iudice superiore, qui absque appellatione potest adiri, non autem in eo qui tantum est iudex in causa appellationis, vt Metropolitanus.

Quartus casus videtur, quādo ipsi subditi suffraganeorum sponte se Metropolitaniani iudicio subiecerint, tunc enim inter illos iurisdictionem poterit exercere, licitum est enim, cuicūque priuato alieni iudicis iurisdictionem prorogare, iuxta textum in l. 1. ff. de iudicijs, quinimò in specie hoc apertè significare videtur, textus per argumentum à contrario in cap. *Duo simul*, de officio ordin. ibi, *Quando clerici tui coram te voluerint, &c.* Quasi significans, quod si noluerint, poterunt coram Patriarcha, seu Archiepiscopo respondere. Cæterū casus hic apertè repugnat decisioni text. in cap. 1. in princip. de foro comp. lib. 6. vbi decisū est, ne clerici suffraganeorum possint citra sui Episcopi cōsensum in Archiepiscopi iudiciū cōsentire;

re; ac per consequēs necessariò fatē-
dū est in proposito nō posse Metro-
politanū in hoc casu inter Episcopos
iurisdictionē exercere, nisi suffraga-
nei consensus adsit. Nec refragatur,
quod secūdū iuris regulas, cuiuscūq;
iudicis prorogatio licita est absq; cō-
sensu proprij iudicis, iuxta d. l. 1. hoc
enim in clericis respectu sui Episcopi L. I.
limitatū reperitur, per text. in c. *Signifi-
casti*, de foro compet. cuius deci-
sionis proles doctores ibid. & alibi af-
ferunt rationes; illa tamen verior est,
B quod ita per sanctos Patres olim cō-
stitutū fuit, vt nullus paræcianū alienū citra sui Episcopi cōsensum possit
iudicare, seu ordinare, text. optimus
agens expressè de iudicio fori exte-
rioris in c. 1. 9. q. 2. iuncto cap. *Episco-
pus*, ibi, nisi forte cum voluntate, eadem Cap. 1. 9.
C. *Episco* causa, & q. cap. *Nullus*. 3. de Paroch. *pus.*
qua stante prohibitione nullo modo C. *Null.*
clericī Archiepiscopi iurisdictionem,
sine cōsensu Episcopi prorogare po- C. *Signi-
terunt*, iuxta d. c. *Significasti*. Cæterū *significasti*.
quia adhuc id in nostra specie dubiū
habere poterat; cum agatur de pro-
roganda iurisdictione Archiepiscopi,
qui non est extraneus prælatus, sed
prouinciæ, quo casu prohibitionem
nō habere locū videtur probare text,
in cap. *Non liceat*, ibi, *Ad alias conuolare* C. *Non
prouincias, & aliarum prouinciarū, &c.* *licent.*
3. q. 6. Propter quod fortassis atten-
to tempore Decretalium hoc satis cō-
pertum non erat, emanauit decisio
text. in d. c. 1. in princip. de foro cō-
pet. qua expressè id cautū reperitur.
Vnde ex his iam intelliges text. in d.
cap. *Duo simul*, quod in contrarium fa-
cere videbatur, ibi, *Quandiu clerici Ca. *Duo
tui, & cæt.* Ad excludendum enim
hunc casum, dubium, de quo Ponti-
fex*

sex ibi non fuerat interrogatus; consulto prædicta verba adiecit, sic significans non satis id adhuc iure competum esse, nec se voluisse tunc temporis dubium illud definire, & sic cessat argumentum à contrario ex illo text. desumptum. Colliges etiam clericos suffraganeorum non solum sponte, verum etiā nec in uitio cogi posse citra suorum Episcoporum consensum Archiepiscopi iudicium in prima instantia subire, vt à fortiori concludūt rationes suprà adducte, vt probat ex-

Ca. Dno pressè tex. in d. cap. *Duo simul*, cap. *Cōsimul.* **questus.** 9. q. 3. Et est extra omnē con-
Cap. Cō- trouersiam.

quesitus. **16** Quintus casus est quando prætex-
tu cōsuetudinis Metropolitani in sub-
ditos suffraganeorum iurisdictionem
excent; hoc enim consuetudinem
posse operari constater affirmat Do-

min. Perus. n. 2. Prob. ad finem in d.
cap. 1. §. 1. de foro competenti lib. 6.

Capella. Capella, & additio. 75. idquè ex duo-
bus fundamentis. Primò ex text. in

Ca. Duo dicto cap. *Duo simul*, ibi, *Vel prisca illis*

simul. *consuetudo, & cæt.* Deinde ex eo quia
consuetudo iurisdictionem potest tri-

Ca. Cum buere non habenti, cap. *Cum cōtingat,*

cōtingat iuncta Glossa de foro competenti, cū
multis, de quibus Couas in regulā

Couas. *Possessor.* 2. p. §. 3. n. 1. In contrarium

C. Duo si tamen stare videtur d. cap. *Duo simul*

mul. in fine, dum solum excipit casum ap-
pellationis, vel priuilegij summi Pon-

Cap. 1. tificis, ac subindè casum etiam con-
suetudinis videtur includere; deinde

d.c. 1. §. 1. de foro comp. lib. 6. per ar-

gumēt. ab speciali, ibi, *Nisi aliud in his*

tribus de consuetudine obtineant, quasi

consuetudo in alijs nihil possit ope-

rari; quibus fortè argumētis hāc par-

Archid. Ioā. And. tem tueruntur Archid. & Ioānn. Andr.

A **ibid.** Blatius in additionib. ad Guili. *Blatius.*
in eodem cap. 1.

Vnde in hac opinionum varietate
media quædam via est eligenda, qua
prædicta iura, & opinones concor-
dēntur; in illis enim causis, quæ attē-
to iure communi ad Archiepiscopos,
seu alios maiores prælatos non spe-
ctant, vt v. g. causa suffraganeorum
in prima instantiā non poterunt ipsi
prætextu consuetudinis de illis cog-
noscere, & iudicare, talis enim con-
suetudo, vt potè offendens regulas
sanctorum Patrum, & Canonum an-
tiquorum, de quibus in cap. *Nullus.* 9. **C. Null.**
q. 2. cap. Per singulas. 1. & 2. ibi, **Cap. Per**
singulas. *Conquestus,* ibi, auctoritas sacrorum Ca-
questus. **nonum,** cap. *Archiepiscopus,* ibi, iuxta sta-
tuta Apostolorum, cum alijs. 9. q. 3. nul-
episcopus lo modo crit tanquam valida obser-
uanda, iuxta regulam text. optimi in
cap. *Cum satis,* de officio Archidiaco-
ni. & sic procedunt multa iura d. cap. **Cum**
satis. **Duo simul** in fine, & dicto cap. 1. de fo-
ro compet. in argumento speciali; &
C opinio Archidiaconi, de qua suprà;
in illis verò causis, quæ de iure ad ip-
sum Archiepiscopum spectant, vt po-
tè appellationis, & cæteris maioribus
consuetudo poterit operari, vt ipse
Archiepiscopus, seu alijs superior iu-
risdictionem habeat in aliquibus ca-
sibus præter illos, in quibus de iure
id expressum reperitur, hoc enim li-
cet etiam prohibitum reperiatur per
eadem regulas, tamen veluti in quā-
dam consequentiam permisum vi-
detur, iuxta regulam cap. *Præterea de*
Ca. Præ- officio deleg. sic procedunt text. in foro cōp.
terea. **Cap. 1. de** d. cap. 1. & 2. de foro comp. lib. 6. cap. **Cap. 1.**
1. cap. Ut litigantes, de officio ordin. **C. Ut litigantes.**
eodem libro, dum consuetudinē per-
mittunt.

mittunt tribuentem iurisdictionem Archiepiscopis in subditos suffraganei, agunt enim in causis, quæ iam de iure ad illos pertinebant.

18

Cap. Duo simul.

Qua retenta distinctione non obstat dict. cap. *Duo simul*, in princip. ibi, vel *prisca illis consuetudo*. &c. est enim intelligendum de consuetudine præterita à tempore Apostolorum, quæ eisdem prælatis iurisdictione concessa fuit, ut patet ibi *prisca*, non verò de consuetudine postea introducta, nec

Ca. Cum contingat**Cap. Cum satis.**

tandem regula dicti capit. *Cum contingat*, quia secundum textum in dicto cap. *Cum satis*, non procedit in consuetudine contra sanctorum Patrum decreta, qualis censetur hæc, de qua agimus. Et ratio est, quia licet illa decreta ius humanum continere dicantur,

Cap. vlt.

quod cōsuetudo vincere potest, cap. *ultimo de consuetudine*, in tantam apud nostros Pontifices habentur veneratione, ut nulla temporum varietate mutationem recipere patiantur, cap. *Igitur*, vers. *Institutionis*, cū alijs ibidem. 25. q. 2.

19

Glossa.**Glossa.**

Sextus casus, in quo Metropolitanu[m] licitum est ordinariam potestatem in subditos suffraganeorum exercere, est quando ipse suffraganeus negligit iustitiam eisdem subditis ministrare, aut alijs facere id, quod debet, ut notat *Glossa* in d. cap. *Pastoralis*. *Glossa* similis in summa. 9. q. 3. & in cap. *Conquestus*, verbo *prouocauerit*, eademquè; sic si Episcopus negligat ponere oeconomicos eius negligentia per Metropolitanum suppletur, cap. *Cum simus*. 9. q. 3. Sic etiam idem erit quoties partibus Episcopus iustitiam nō ministrauerit, cum enim propriū Metropolitani munus sit occurrere grauaminibus suorum suffraganeorum,

Ca. Cum siuus.

A iuxta dictum cap. *Per singulas*. 9. q. 3. Cap. Per cap. *Cleros*, ibi *Solicitudo totius prouinciae singulae*. 21. dist. & non aliter melius occurratur, quam partibus iustitiam ministrando; merito in hoc casu Metropolitanus iurisdictionē exercere poterit, quanvis hoc ita in iure generaliter expressum non sit; per necessarias tamen consequentias deducitur, ex illis iuris regulas secundum quas totius prouinciae cura, & suffraganeorum excessus ad Metropolitanum pertinent, ac subinde in illis casus hic expressus censetur, ut iam immerito Abb. in d. cap. *Pastoralis*. nu. 9. & alibi contendat Metropolitanū non posse nisi tantum in casibus iure expressis suffraganeorū supplere negligētiam.

B Neque obstat, quod negligentia Episcopi in conferēdis beneficijs per Capitulum saltem primo loco suppletur, cap. 2. de concessione præbendē. **Cap. 1.** Item quando Episcopus est impeditus, utputā excommunicatus, aut ab inimicis captus Metropolitanus se intromittere non potest, cap. 1. & 3. de supplend. negl. prælat. lib. 6. Respondetur enim textum in d. cap. 2. de cōcessione præbend. cōstituere ius speciale contra iuris regulas, text. vero in d. cap. 1. & 3. de supplenda neglig. **Cap. 1. 3.** ex eo procedere, quia licet ibi Episcopus sua culpa fuerit impeditus, supposito tamen impedimento, non est cur ei imputari possit, si iustitiā partibus non ministret: vnde non data culpa, seu negligētia, iurisdictione quoque Metropolitani cessare debet.

D **Ampliabis** etiam prædictū casum, ut scilicet ex eadem ratione possit Archiepiscopus notoria crimina subditorum suffraganei liberè punire, absque appellatione, quia scilicet in illis

illis puniēdis suffraganeorum negligētia notari potest, cum sint notoria, vt probat text. sic intelligendus in cap. i. §. Sanè, vers. notoria, de censib. libr. 6. idquè poterit circa officiales Episcopi, si impunè delinquent in officio, vt notat Henriquez dicto libr. 10. cap. 30. §. 3. Limitabis tamen predicta non procedere, quando Episcopus negligit præstare consensum alicui actui, in quo ipse consensus ad validitatem necessariò desideratur, tunc enim talis cōsensus debeat præcisè, & in sua forma specifica, non per æquipollens adimpleri, iuxta cap. penult. iuncta Glossa, verbo *Mandantibus*, de re iudicata libr. 6. non poterit per Metropolitanum suppleri, sed tūc ad summū Pontificem necessariò erit recurrendum. Iuxta quæ iam procedit, & intelligitur text. difficultis in capit. Nullus, de iure patronat. ibi, *Rot.*

C. Nullus mano Pontifici nuncietur, cū enim agat de consensu Episcopi circa res Ecclesiæ in religiosum locum transferendas, qui quidem pro solemnitate actus desideratur, cap. *Cum Apostolica*, de his, quæ fiunt à prelatis meritò asserit, quod nolente Episcopo nō Metropolitanus, sed summus Pontifex adiri debet. Adde tamen quod licet Metropolitanus non possit supplere huiusmodi consensum, poterit tamen eandem Episcopum ad consentendum cogere, & ad hunc effectum recte adiri poterit, vt optimè notauit Ioann. Andr. Abb. & communis, in eodem cap. Nullus, de iure patronat.

23 Septimus casus est quando scilicet subditi suffraganeorum apud Metropolitanum de iusta excommunicacione conqueruntur, tunc enim illum posse cognoscere, & absoluere, probat tex-

A in cap. *Ad reprimendam*, de officio ordin. cap. *Per tuas*. 40. de sententia excommunicat. cum alijs, & hūc casum inter alios notauit etiam Glossa in d. cap. *Pastoralis*, in principio, cui similis tex. in cap. *Conquestus*, verb. *prouocauerit*. 9. q. 3. Verum quia in contrarium aliqua vrgere videntur. Et casus hic multiplices patitur limitationes, vt clariùs intelligatur per quasdam distinctiones procedere oportet.

B 24 Prima est quod si iniustæ excommunicatis causa vertatur inter subditum suffraganei, & ipsummet suffraganeum Episcopum; v.g. quia ipse ex officio vel aliter non ad partis fauore ipsum excommunicauit, tūc siue per simplicem querelam, siue etiam per appellationem Archiepiscopus de illa cognoscere poterit; ita probat textus in cap. *Venerabilibus*, in principio, vers. *Attamen*, & 8. pen. & ultim. de sententia excommunicationis lib. 6. textus sic intelligendus in dicto cap. *Ad reprimendam*, ibi, *conquestus*, & ibi eidē Episcopo satisfaciat, de officio ordin. d. cap. *Per tuas*, vers. *Verum*, & ratio est, quia in causis suffragancorum, qualis est hēc, iuxta textum in cap. *Sacro*, ibi *excommunicator condamnetur*, de sententia excommunic. Metropolitanus iudex competens est, siue per appellationem, siue per simplicem querelam adeatur, cap. *Per singulas*. 9. q. 3. & diximus supra hac disputatione.

C. *Venerabilibus*.
C. *Ad reprimendā*.
Cap. *Per tuas*.
C. *Sacro*.
Cap. *Per singulas*.
25 Secunda distinctio est, quod si per contrarium causa excommunicacionis inter subditos suffraganei vertatur, puta, quia in fauorem partis excommunicatio lata fuit pro offensa ei illata, vel debito non soluto; tunc Metropolitanus non poterit cognoscere, seu iudicare, nisi ad ipsum per appellationem.

C. Venerabilibus.

pellationem causa deuoluatur, ita expressè text. in c. *Venerabilibus*, in principio, iuncta Glossa, versiculo *competit*, in §. *Sanè* eiusdem capit. Ratioq; est, quia inter subditos suffraganei non aliter Metropolitanus competēs efficitur, quam per appellationē iuxta regulam capit. *Duo simul*, cap. *Pastoralis*, de officio ordinarij cum alijs, de quibus suprà. Addit tamen eleganter text. in d. cap. *Venerabilibus* in principio, vers. *Sed si excommunicatus*, quod si pars excommunicata voluerit cōtra suffraganeum ex tali excommunicatione intcrefse prætēdere, quod poterit, quo ad illum effectum, etiam per simplicem quærelam causam ad Metropolitanum deferre, idque ex ratione, de qua in prima distinct.

Tertia distinctio sit, quod in casibus, in quibus Metropolitanus potest, siue per appellationem, siue etiā per quærelam de iniustitia excommunicationis cognoscere; quæri insuper potest, an possit ipsum subditum suffraganei statim absoluere, an verò debeat ad ipsum suffraganeum excommunicatore remittere absoluēdum? In qua etiā per triplicem distinctiōnem procedere oportet. De qua tex.

Cap. *Venerabil.* in cap. *Venerabilibus*, §. *Sanè*. Et impri- mis si excommunicatio prima facie, & extenore processus iusta apparuerit, non potest Metropolitanus absoluere, sed remittere tenetur, vt post

absolutionem de causa cognoscatur, ita textus in d. §. *Sanè*, cap. *Sacro*, sic in- telligendus, ibi, *ad excommunicatorem remittat*, de sententia excomm. d. cap. *Per tuas*, vers. final. Et ratio est, quia iniuria fieret excommunicatori, si cōstituto de iusta excommunicatione, & non requisito excommunicatus per-

alium absoluatur, contra regulā cap.

A Seruetur. II. q. 3. Vnde talis remissio meritò inducta fuit: nam aliàs ante absolutionē Metropolitanus de cau- Ca. Cum sa cognoscere non potest, cap. Cum cōtingat. contingat, ibi, *antequam*, de officio de- leg. dict. cap. *Per tuas*, vers. *Verum*. Li- Cap. Per mita tamen nisi periculum sit mora, *tuas*. aut nisi suffraganeus requisitus mali- tiosè absolutionis beneficium dene- garet, prout expressè limitant text. C. *Sacro*, in d. cap. *Sacro*, §. *Sanè*, & d. cap. *Per Cap. Per tuas*.

B Quarta distinctio sit, quod si ex- cōmunicatio iniusta apparuerit, tunc Metropolitanus statim subditum ab- soluere, nec ad suffraganeum remit- tere tenetur, posteaquè de causa cog- noscere poterit, ita text. in d. §. *Sanè*, vers. *Si verò constet*. Et ratio est, quia in hoc casu, nulla suffraganeo fit in- iuria, quinimò data manifesta iniustitia illius iam ad Metropolitanum at- tento iure iurisdictio, & potestas ab- soluendi spectat, iuxta regulam text.

C in cap. I. §. *Sanè*, vers. *notoria*, de cen- sibus libr. 6. iunctis supra resolutis in sexto casu.

Quinta distinctio sit, quod si ex- cōmunicatio iniusta non apparue- rit, sed dubitetur an iuste prolatā sit, Archiepiscopus attento rigore iuris nulla data remissione excommuni- catum per se absoluere, & postea de causa cognoscere valebit. Ita Ponti- fex in d. cap. *Per tuas*, vers. *Quod si*, d. §. *Sanè*, vers. *Quod si dubitetur*; & ex eo constat, quia cum ipse Metropoli- tanus ad cognoscendum de causa sit iudex competens, iuxta supradicta, ita & ad absoluendū competens erit, iuxta regulam cap. *Præterea*, de offi- cio delegati, iuncta regul. dicti capit. *Cum*

27

28

Cap. *Præ-
terea*.

Cum

Ca. Cum *Cum contingat, ibi, Antequam neque in contingat.* hoc nulla excommunicatori iniuria fit. De-

clarabis tamen distinctionem hanc non procedere secundum debitum honestatis, quo attento Metropolitanus potest, seu debet excommunicatum pro absolutione ad suffraganeū remittere, prout in effectu declarat expressè Pontifex in d. §. *Sanè*, vers.

§. Sanè.
Cap. Per tuas.

Quod si, dicto cap. *Per tuas*, ibi, *Nisi suo duxerit suffraganeo deferendum*; textus

C. Ad reprimendam, ibi, *Ei quasi Coepiscopo deferens remittas*; quasi solum importet honestatem. Et ratio est, quia imprimis nulla subdito fit iniuria, si dum non constat de iniustitia excommunicationis ad suum prælatum pro absolutione remittatur, ex regula capituli, *Quibus Episcopi.* 11. q. 3. & deinde ipsis prælatis debitus honor, & reverentia seruatur

C. Quib. *Quibus Episcopi.* 11. q. 3. & deinde ipsis prælatis debitus honor, & reverentia seruatur

C. Seruetur. iuxta regulam cap. *Seruetur*, eadem causa, & quæstione. *Quod si* suffraganeus absolutionem malitiosè distulerit, aut denegauerit, tunc Metropolitanus absoluere debet, iuxta textum

Cap. Per tuas. in d. cap. *Per tuas*, & in dicto cap. *Ad*

c. Ad reprimendam.

primend. Adde quod in prædictis omnibus casibus in quibus Metropolitanus potest de causa excommunicationis cognoscere, si absoluat absque remissione, licet eam facere teneretur, valebit absolutio, quāuis iniusta, quoniā, vt inquit text. in d. §. *Sanè* in fine, & si contra ius litigatoris, non tamen contra ius constitutionis absoluit.

30 C. Irrefragabil. Octauus casus reperitur in specie capituli *irrefragabili*, §. *Cæterum*, de officio ordin. vbi Metropolitanus iurisdictionē tribuitur circa Canonicorum excessus, iniustè contra suum Episcopum à diuinis cessantium, quæ quidē

A iurisdictionē non in eo consistit, quod possit Metropolitanus iniustum Ca-

nonicorum cessationē reuocare; hoc enim Romano Pontifici reseruatur,

iuxta textum in d. cap. *Quanvis*, de officio ordin. lib. 6. Sed ut possit Cano-

nicorum excessus iniustè cessantium vindicare, & metu poenæ coercere,

vt planè colligitur ex verbis text. nec mirum est, quod in hac spe noua Metropolitano iurisdictionē tribuatur, qua si antea illam non haberet, sicq; delegatus efficiatur, non ordinarius,

B quoniam licet secundum iuris regulas, Episcoporum causæ, qualis est hæc, ad Metropolitanos spectet, iuxta supradicta, vel ad arbitros iuxta

textum in cap. *Sic clericus.* 11. q. 1. in hoc tamen casu nec ad Metropolitanum de iure poterat spectare, quia non erat causa aduersus Episcopum suffraganeum, sed aduersus subditos,

quorum iudex Archiepiscopus non est, nisi in casibus expressis: nec etiā ad arbitros, quia causa erat criminalis, quam arbitri tractare non possunt

C iuxta regulam capituli ultimi in fine de arbitrio. & insuper quia tangebat causam cessationis soli Romano Pō-

tifici reseruatam, iuxta dictum cap. *Quanvis*: vnde merito in proposito noua Metropolitanus iurisdictionē con-

cessa fuit.

Nonus casus assignatur à Glossa in d. cap. *Pastoralis*, scilicet, mortuo

Episcopo, & vacante sede Episcopali, tunc enim videtur intendere, Ar-

chiepiscopum iurisdictionē habere.

Cæterū casus hic ex mente ipsius Glossæ declarandus est, vt videlicet

D ex sola vacatione sedis Episcopalis per mortem Archiepiscopus se intro-

mittere nō posse, nec etiam si ægra-

C. *Sic clericus.*

C. *vlt.*

C. *Quanvis.*

31 C. *Pastoralis.*

tos

tos Episcopus, aut alio simili impedimento impeditus sit, tunc enim secundum regulas iuris Capitulum succedit, ut in predictis probat tex. in cap.

C. vnic.

Cap. 1.

C. Si Epis
copus.

Syluest.

Henriq.

C. Non li
ceat.

Glossa.

cap. 1. cap. Si Episcopus, de supplenda neglig. eodem libr. cum alijs: vnde Ecclesia Cathedrali vacante, non visitare, nec visitatorem dare potest, ut post Syluest. verb. Archiepiscopus. q. 2. & 3. Notat Henriquez dicto cap. 30. §. 3. Nisi fortè capitulum in spirituallibus, & temporalibus negligententer, & malè administrauerit; tunc enim illius negligentiam poterit supplere, iuxta suprà dicta in 6. casu. Item nec moriente Episcopo circa illius bona, aut res seruandas, se intromittere vallebit, cap. Non liceat. 12. q. 2. Solum autem eidem licitum erit deficienibus clericis in Ecclesia suffraganei, sub quorum custodia eiusdem bona retineantur illa custodire, ut illibata successori reddat, quemadmodum disponit text. in d. cap. Non liceat, vers. si verò, quod solum voluit Glossa in d. cap. Pastoralis, de qua suprà.

Decimus, & ultimus casus, in quo Archiepiscopus inter se suffraganeorum subditos iurisdictionem potest exercere, est causa visitationis, nempe visitando prouinciam, prout ei de iure ex officio suo facere permittitur, ut apertè probat text. in cap. Cum ex officij de præscriptionib. cap. Sopite. te. cap. Cum nuper, de censib. cap. 1. & ultimo eodem tit. libr. 6. prosequitur Marianus de visitatione n. 7. vers. 3. & n. 8. vers. 4. Riscius de præminentia D Archiepiscopali. priuilegio. 16. potest autem, ut diximus Archiepiscopus prouinciam suam visitare, subditosq; suffragancorum punire, aut de illis

32

C. sumex
officij.

C. Sopite

Ca. Cum

nuper.

Marian.

Riscius.

inquirere, iuxta formam latè traditā in d. cap. 1. de censibus lib. 6. cum omnibus §§. quanvis ipsi suffraganei negligentes non sint, ut apertè probat tex. in d. cap. ultimo. Et est communis contra Glossas in dicto cap. Cum C. Cū ex officij, verbo consuetudine, & verbo officij. authoritate in dict. cap. Cum nuper. Po-

A Cap. 1. Ca. Cum terit etiam dum sic visitat procura- nuper. tiones recipere, & alia consueta à locis visitatis, ut probant omnia iura sua citata; ac tandem audire confessiones subditorum, & absoluere illos in utroque foro à censuris, & peccatis, iuxta textū in d. cap. ultimo, vers. final. Syluest. & Henriq. vbi proximè, alias verò extra casum visitationis subditos absoluere non potest, iuxta suprà dicta, probat Soar. tomo 4. dis- put. 25. sect. 1. n. 14. vbi agit; an iurisdictio in hoc casu sit ordinaria, vel delegata. Hodie tamen per Decretū Concilij Trid. sess. 24. cap. 3. de reformat. nō licet Archiepiscopis prouinciam suam visitare, nisi post diocesis suam plene visitatam, & ex causa in Prouinciali Concilio approbata.

B Cap. vlt. Syluest. Henriq. Soar. Conc. Tri dent. 33 S. 1. Adde Archiepiscopum in quocunque loco suæ prouinciae quantumuis exempto posse celebrare in Pontificalibus, vel absque illis facere celebrari sine cuiusque licentia, item populo benedicere, & crucem ante se portari facere, dum per ea transit, etiamsi nec visitet, aut iurisdictionem aliquam tunc exerceat, ut disponit expressè Clementin. Archiepiscop. de priuileg. ex qua ita notant Syluest. & Henriq. §. ultimo dictis locis. Cætera verò alia circa Archiepiscopos, nè longiores simus, per Doctores videri poterunt. Illud certum est quod extra predictos casus, vel si qui sunt alii, qui

qui in iure expressi sunt, vel ad illos
reducantur, nullam Archiepiscopos
in subditos suffraganei habere iuris-
dictionem, iuxta text. in cap. *Pastoralis*, in principio de officio ordinarij.

DISPUTATIO VI.

De Episcopis.

EOST Archiepiscopos, seu
Metropolitanos Episcopi
ponuntur in nostra Eccle-
siastica Hierarchia ratione
iurisdictionis, dignitatis, seu officij;
nam ordine, & consecratione inter se
non differunt, quia priorem locum
obtinent Episcopi, ut expressè defi-
nit, & probat Concilium Tridentinū
sess. 23. de Sacramento ordinis cap. 4.
vers. Proinde, ibi, *Sancta synodus decla-*
rat (præter ceteros ecclesiasticos gradus)
Episcopos ad hunc Hieraticum ordinē
præcipue pertinere; & in eadem sess. canon. 6. vbi anathematizat eos qui
negauerint Ecclesiasticam Hierarchi-
am ex Episcopis præsbyteris, ac mi-
nistris distinctam; eodem modo Dio-
nysius de Ecclesiast. Hierarch. cap. 5.
Hierarchiam constituit, ex Episco-
pis, sacerdotibus, & ministris, simili-
terquè omnes Auctores sacri, Epis-
copos priori loco numerant; & ex eo
insuper ostenditur, quia omnes faté-
tur Episcopatum culmen esse digni-
tatum, & supremum ordinem in Ec-
clesia Dei, ut notant *Glossa* verbo
Episcopus, in proœmio sexti, *Cassan.*
in *Catalog. gloriæ mundi* parte 4.
consideratione 25. *Anastas. Germon.*
de *sacrorum immunitat.* lib. 3. cap. 8.
Afor. Guerr. *Afor instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 27. q.*
I. Guerrer. in *speculo iuriis Pontific.*

lib. 1. cap. 4. Aug. *Barbos. de Pastoral.* **Barb.**

C. Pasto- A solicit. tit. 1. cap. 2. inde notantes ra-

tionem quare Summus Pōtifex Ro-

manum se Episcopum appellat, & E-

piscopos vocet fratres, quasi sibi æ-

quales; Cardinales verò, & Reges fi-

lios, cap. *Quam graui*, cum alijs de cri-

mine falsi. Vnde etiam *Dionysius di-*

cto lib. de Ecclesiastica Hierarch. c. 2.

Episcopum vocat Hierarcham, tan-

quam supremum in Hierarchia; & Ig-

natus in epistol. ad *Trallian. Archie-*

rum.

Vt igitur in hac disput. quæ in-

B ter alias præcipua etiam est; solitum

seruemus ordinem. Agemus primò

de Episcoporum nomine, origine, &

institutione, & deinde de ipsorum

potestate, priuilegijs, & obligationi-

bus.

§. I.

*De Episcoporum nomine, origine.**& institutione.*

SUMMARIUM.

- C** 1 *Episcopi nomen, unde deriuetur, & quid significet.*
- 2 *De usu, & varia huius nominis E-
piscopi acceptatione, apud Latinos,
Iureconsultos, & sacram scripturam.*
- 3 *Nomen Episcopi magis curam, quam
dignitatem importat.*
- 4 *Tituli, & nomina, quibus Episcopi
decorantur, expenduntur.*
- 5 *Episcopalis dignitas à Christo Domi-
no fuit instituta.*
- 6 *Episcopum esse necessarium ministrum
aliquorum sacramentorum assertur.*
- D** 7 *Quando, & quo tempore Apostolis
Episcopalis potestas data fuit.*
- 8 *Licet Episcopi Apostolis succedere di-
cantur, nihilominus tamen non suc-
cedunt illis propriè, & ea ratione,
qua*

- qua unus Episcopus alteri succedit.
 9 Episcopi habent munus suum pasto-
 rale per Summum Pontificem, & de-
 pendenter ab illo.
 10 Episcopi iure diuino præsbyteris su-
 periores sunt.
 11 Hæc veritas probatur Concilij Tri-
 dentini loco sess. 23. & aliæ authori-
 tates in idem expenduntur.
 12 Ad primum Hæretorum argumen-
 tum de communi usu Episcopi nomi-
 nis, & præsbyteri nascentis Ecclesie
 initio respondetur.
 13 Secundum de autoritate Diui Hie-
 ronymi sumptum varijs modis elidi-
 tur.
 14 Tertij argumenti solutio.
 15 Episcopatus ordinem esse verè sacra-
 mentum, & à sacerdotio distinctum
 affirmatur.

I Quod ad primum igitur atti-
 net, imprimis Episcopus di-
 citur à verbo græco, *Episco-
 pen*, seu *Scopin*, quod signifi-
 cat considerare, seu inspicere, quasi
 Episcopus in Ecclesia Dei speculator
 sit, considerans, seu inspiciens subdi-
 torum vitam, & mores, vt declarat
 optimè Isidorus in nostro cap. *Cleros*,
 vers. *Episcopus*. 20. distin. & post eum
 Bellarm. lib. 3. de Romano Pontifice,
 cap. 24. Henriquez lib. 10. cap. 32. in
 princip. Durand. in Ration. diuinorū
 lib. 2. c. 2. à n. 1. Gigas in tract. de Re-
 sident. Episcop. c. 1. nu. 1. Guerrer. in
 specul. iuris Pont. lib. 1. cap. 4. Asor.
 instit. moral. p. 2. libr. 3. cap. 27. q. 1.
 Gonsal. ad Regul. 8. Canc. Glossa. 42.
 n. 18. August. Barb. de Episcop. tit. 1.
 cap. 2.

Quanuis autem nomen hoc Eth-
 nici magistratui Prætorij tribuissent,

cuius erat panis, & cæterarum rerum
 ad cibum, & victimum pertinetum cu-
 ram habere, vt constat ex Aristoph. *Aristoph.*
 in comed. de auibus. Vnde Archadius
Iureconsultus, recensens munera per-
 sonalia in l. *Munera*. 2. §. *Irenarchæ*, ff. *rum*.
 de muneribus, & honoribus sic ait.
Episcopi, qui presunt pani, & ceteris ve-
 naliibus rebus, quæ ciuitatum populis ad
 quotidianum victimum usi sunt, personali-
 bus muneribus funguntur; sacræ tamen
 Scripturæ Pastor hominum, & Regi
 promiscue concedunt, vt patet Isai. *Isai. 44.*
 cap. 44. vbi Regem vocat Episcopū, *Ad Eph. 4.*
 & Ephes. 4. & prima Petri c. 2. Chri-
 stum vocat Pastorem, & Episcopum
 animarum. 2. *Esdræ. 11.* & alibi; vt sic
 intelligatur Episcopū non solum ha-
 bere officium prædicandi, sed etiam
 potestatem regendi cum vi coactua. *Ezdr. 11.*
B Est insuper sciendum circa hanc
 nominis significationem, de qua nūc
 agimus, nihil aliud denotare, quam
 curam, & in alios quandam quasi su-
 perintendentia, non autem superio-
 ritatem, siue dignitatem, vt afferit *Chrysost.*
C Chrysostom. homil. 10. Hoc enim
 nomine Præsul appellatur, quod cū-
 eta inspiciat, atque speculetur, idem
 docet D. Hieronym. in epistola 85. ad *D. Hier.*
Euagriū tom. 2. quia verò επισκόπος
 Græcè, Latinè superintendens est;
 suprà diximus, & Ambros. aduertit *D. Amb.*
 in lib. de dignitat. sacerdot. cap. 6. su-
 perinspector, & obseruator, Magal. in *Magall.*
 epistol. 2. ad Timoth. c. 3. iect. à nu. 2.
 Late Sottomaior in epistol. 1. ad Ti-
 moth. cap. 3. super vers. *Fidelis sermo.*
D pag. 402. & 403.

Interdum etiam Episcopus voca-
 tur præsbyter, accipiendo nomen
 præsbyteri, id est senioris, à matura-
 te, vt 1. Petri cap. 5. ibi seniores *1. Pet. 5.*
 prouiden-

prouidentes, vbi Græca litera habet
Bellarum. præbyteri Episcopates testatur Bel-
larm.lib.1.de clericis,c.15.vers. **Quin-**
Ca. **Quod** ta; dicitur etiā præful, quoniam in Cō
translat. cilio præsidet. cap. **Quod translationem,**
de tempor. ordinat. Item Antistites,
quia ante alios stans, præeminet po-
pulo, vel ab ante, quod est cōtra, quo-
niam hæreticis contradicit, vt decla-
Durand. rat Durand.d.c.11.n.4.& 5. Pōtifex,
C. Ponti- quia Pontificali officio vtuntur cap.
fices. **Pontifices.** 7. q.1. cap. **Massana,** de ele-
C. Massa ctione, cap. **Quia periculosem,** de sent.
nae. excommun. in 6. cap. Cleros, vers. **Pō-**
Ca. Quia **peric.** **tifex.** 21. dist. Durand. d.c. 11. num. 3.
C. Cleros. Afor vbi proximè; summus sacerdos
Durand. vocatur Episcopus. Primò ad diffe-
Afor. rentiam simplicium sacerdotum, cap.
C. Perle- **Perlectis,** vers. **Ad Episcopum.** 25. dist.
tit. cap. **Quanuis.** 8. dist. Secundò, quia
C. Quam ultra eos nullus est ordo, cap. **De his,**
ut. cap. **Manus,** de Consecrat. dist. 5. Cas-
C. De bis san. in Cathalog. gloriæ mundi p. 4.
C. Man. considerat. 25. Sanctissimus appella-
Authen. tur in Auth. de sanctissimis Episcop.
Clem. 1. collat. 9. & in Clement. 1. §. Nec super,
de pœnis; nam qui alios sanctos effi-
cere debet, necesse est, vt sit sanctissi-
mus. Illustris ratione dignitatis, & of-
ficij, Bart. in l. **Omnes populi**, q.4. ff. de
iustitia, & iure: quanuis Bald. in l. **Ad**
Bartol. **similitudinem**, C. de Episcopis, & cler.
velit Episcopum esse similem illustri
personæ, non tamen esse illustrem;
Legatus Christi nonnūquam appellatur, prout in cap. **Accusatio quoque,**
in fin. 2. q. 7. & in d. Clement. 1. Spe-
Clemens. culator in tit. delegatis, §. 1. Guerrer.
Specul. in speculo iuris Pontificij lib. 1. c. 28.
Guerrer. Pastor Episcopus, non itnpropriè di-
citur, sicut, & subditi eius similitudi-
ne oues appellantur; ab ipso Christo
Ioan. 11. **Domino, Ioan. 11. & 21.** In cuius offi-

cij **Pastoralis signum, baculum pastorale**
A dari Episcopis notissimum est, & ex-
plicat text. in cap. vnicō in fine desa-
cra vñctione; faciunt multa, quæ de
pascendi verbo in prædicta Christi
Domini authoritate diximus in disp.
1. de Romano Pont. & explicat Car-
dinal. Bellarm. tom. 1. de Rom. Pont.
lib. 3. c. 15. Fratres vocat Sūmus Pō-
tifex quasi sibi æquales, Cardinales
verò, & Reges, filios, cap. **Quā graui.** **C. Quam**
de criminе falsi. Felin. in proœm. De-
cretal. n. 1. Decius in cap. **Cum venera-**
B **bilis.** n. 2. de exceptionib, Connan. in
pragmact. tit. 2. n. 3. Cardin. in d. Cle-
ment. 3. Tandē Sūmus ipse Pontifex
hoc nomine nō dignatur; aliquādo
enim vel vrbis Romæ, vel Catholicæ
Ecclesiæ Episcopū se ipsum appellat.
cap. **Si Epis**
copus. **C. Trans-**
marinos. **C. Aphro-**
dist. ex eo cū nulla ma-
ior dignitas sit in Ecclesia ipso Epis-
copatu c. 1. de priuileg. c. pen. de pre-
bēd. Petrus Greg. in schol. n. 10. & n.
13. Baron. tom. 11. anno 1057. n. 23.
C Vel ideò Sūmus Pōtifex Episcoporū
Episcopus vocatur, quia ad illum per-
tinet cæteris Episcopis præesse, &
corum vigili cura defectus corripere.
Plura alia circa hoc nomen vlderī
possunt apud Sanctos Patres, & ex-
positores, Magall. in epistola prima
ad Timoth. cap. 3. sect. 1. annot. 2. So-
tomaior in epistola 1. ad Timoth.
cap. 3. super vers. **Fidelis sermo,** pagi-
na 402. & 403. & plures, quos re-
fert Augustin. Barb. d. titul. 1. cap. 2. **Barb.**
per totum.

D Explicata igitur huius nominis sig-
nificatione; sciendum est, quod Epis-
copalis dignitas ab ipso Christo Do-
mino fuit instituta, & ita diuina, non
humana iure introducta; nam cum

V ipse

ipse legularor prudenterissimus ad gubernationem Ecclesiae suæ regimen Monarchicum instituisset in Petro, eiusq; successoribus, ut suprà in initio Relectionis, & disputatione, i. demonstrauimus. Huiusmodi autem regimen perfectum non sit, nisi aliquid ad mixtum habeat Aristocratis, ita vt sub uno Monarcha alijs sint Principes Inferiores eidem subordinati, qui singulas prouincias, seu partes, tanquam proprias administrent, vt longo discursu comprobatur Bellarmin. de Ro-

Bellar. mano Pontif. libr. i. cap. 3. necessario etiam fatendum est eundem Christum Dominum instituisse, vt sub uno summo Pontifice alijs essent Prælati, neppè Episcopi, qui veluti in partem sollicitudinis vocati, vt inquit text. in c.

Cap. Ad honorem. At honorem, de authorit. & vsu pallij bonorum. Ecclesiam gubernarent, vt in proposito argumentatur Soar. tom. 4. disp. 25 sect. i. n. 8. In cuius rei testimonium ipse Christus primùm instituit Apostolos Luc. 6. tanquam Episcopos, & prælatos totius orbis; in quorum locum surrexerunt Episcopi postea, vt

C. In no. probat text. in cap. In nouo. 21. dist. c. 20. Quorum vices. 68. dist. Trid. d. sess. 23.

C. Quortū c. 4. idem etiā satis colligitur ex ver-

vices. Actor. 20. ibi, Posuit vos Spiritus Sæ-

Cœ. Tri. etus Episcopos regere Ecclesiam Dei, &

dent. ad Ephes. & i. ad Corint. 12. ibi, Dedit

Actor. 20. quosdam quidem Apostolos, alios autem

i. Cor. 12. Pastores, & Doctores, per quos Pasto-

D. Hier. res D. Hieron. & cæteri expositores

Episcopos intelligunt.

Prætereà idem appetet, quia con-

stat Episcopum esse necessarium mi-

nistrum aliquorum sacramentorum,

& sicut sacramenta à solo Christo Do-

mino sunt instituta, ita etiam eorum

ministri, quinimò si Episcopalem dig-

nitatē accipiamus, pro ipsa Episcopi consecratione, ad sacramentum ordinis spectat, iuxta probabile Doctorum sententiam, de qua suprà. Certum est autem de fide, ordinis sacramentum à solo Christo Domino fuisse institutum, ex quibus, & alijs fundamētis hoc tāquā certū inter Catholicos probant. Imprimis Pius Papa. i. epist. 1. & Cornel. epist. 2. qui dicunt Deum posuisse Episcopos, vt essent veluti oculi Ecclesiae suæ, & latius comprobat Soar. d. sect. i. n. 4. & 6. Hériq. lib. 3. de pœnit. c. 5. in princ. Couas in reg. Posseſſor. 2. p. §. 9. à n. 6. Gig. de pens. q. 2. n. 3. Barb. in tract. de præstant. Cardin. q. 1. Bellarm. de contr. tom. i. contro- uers. 3. lib. 4. de Romano Pontifice c. 25. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 10. pun- eto 2. pag. 2. Asor instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. Scribonius in theosimia disput. 7. de ordine q. 6.

Quāuis autē hoc ita certū sit, videſcet in Apostolis institutam fuisse à Christo Domino Episcopalē dignitatem, dubiū tamen facit Doctoribus quando scilicet, & quo tempore, Episcopalis potestas eis data? nam, vt pūgit Durād. in 4. dist. 24. q. 5. nullibi in Euāgello videtur Episcopi seorsū à præbyteris ordinati; vnde Glossa verb. pars, in d. c. In nouo. 21. dist. Glos. vltim. per text. ibi in c. In Christo, de consecrat. dist. 2. quam videtur sequi Durād. vbi proximè, & alij, de quibus Hériq. d. lib. 10. c. 3. §. 2. lit. H. opinantur hoc factum fuisse in vltima cœna

Luc. 22. Sed eo tēpore Apostolos sacerdotes tantū fuisse creatos, contēdūt graues AA. eisdemq; solūm potestatem singulorū ordinum vsque ad sacerdotium fuisse concessum, vt in prima disput. §. 6. latè diximus. Alij datam

Pius Pa.
pa.
Cornel.

Soar.
Henriq.
Couas.
Gigas.
Barbat.
Bellarm.

Valent.
Ajos.
Scriben.

Durand.
Glossa.
Cap. In-
Christo.

Durand.
Henriq.

Luc. 22.

Marc. 3. datā putant, dum eos Apostolos ele-
git, Marc. 3. & Matth. 10. neque incō-
Soto. uenient putat Soto d. dist. 24. q. 2. art.

2. fuisse Episcopos antequam in cœ-
na crearetur sacerdotes, sed hoc nul-
la ratione cogente fatendū est. Qua-
rē alijs omissis, quæ magis pertinent
ad materiam de clauibus, & ad dispu-
tationem de præsbyteris dicendū est,
certum esse, primò omnes Apostolos
immediatè institutos fuisse Episco-
pos in nocte cœnæ à Christo Domi-
no. Luc. 22. vt suprà diximus, & com-
muniter Doctores, Soar. de fide disp.
10. sect. 5. Vasq. in 3. disp. 242. cap. 7.

Scribon. Scribon. in thiosimia disp. 7. de ordin.
Asor. q. 6. Asor tom. 2. lib. 4. c. 11. & plures
alijs, quos ipsi referunt. Secundò po-
testatem episcopalem completā Apo-
stolis datam esse à Christo antequā in
cœlos ascenderet post resurrectionē.
Ioann. 20. ibi, *Sicut misit me Pater, &*
ego mitto vos, &c. vt expreſſe dicit, &
C. Loqui. probat text. in cap. Loquitur. 24. q. 1.
sur. ibi, *& quanvis Apostolis omnibus post re-
surrectionem suam, parem potestatem tri-
butur, & dicat: Sicut misit me Pater, &c.*

Mat. vlt. vel potius Matth. vlt. Data est mihi po-
testas in cœlo, & in terra, euntes, &c. &
C. Pro- refertur in cap. Propriè de consecrat.
priè. dist. 4. vt post Turrec. lib. 1. c. 8. & ali-
Turrec. os recētores, quos suprà retulimus.
Henriq. & Henriq. d. c. 3. §. 2. iuncta litera M.
Vnde iam ex omnibus suprà dictis
manifestam relinquitur, Episcopale
dignitatem à Christo Domino im-
mediatè in Apostolis fuisse institutā,
quibus hodiè cæteri Episcopi suc-
cessores existunt.

Aduertendum tamen est primò,
quod licet Episcopi quanvis tales di-
catur Apostolis succedere, in quibus
dignitas Episcopalis fuit instituta, ni-

hilominus tamen non succedere illis
propriè, & ea ratione, qua unus Epis-
copus alteri; vel unus Rex v. g. alteri
succedat. Nam Apostoli imprimitis ha-
buerunt potestatem absolutā, & uni-
uersalē super universum orbē, parem
cum ipso Petro, eidem tamen subor-
dinatā, iuxta dictas auctoritates Mat.
vlt. & Marci vlt. & probat tex. in d.c.
In nouo. 21. dist. d.c. Loquitur. 24. q. 1. C. In ne-
cū alijs, de quibus Vict. relect. 2. sect. no.

2. n. 10. Deinde habuerunt etiā po-
tatem in suis Ecclesijs necessariam,

B quatenus singulares illorum prælati;
quēadmodū Iacobus Hierosolymis,
Ioannes Ephesi, & alij. Prior potestas
extraordinaria fuit delegata vt suprà
diximus in 1. disp. §. 6. in qua Aposto-
lis nullo modo succeditur, non enim
acceperūt illā, tanquam perpetuè dura-
turā in Ecclesia; sed potius, vt perso-
nale priuilegiū, quod cū persona ex-
tingitur, iuxta reg. tex. in l. Quia tale,
ff. soluto matrim. posteriorverò ordi-
naria fuit, & in illa Episcopi eisdem
Apostolis censentur succedere, iuxta

C text. in d. cap. Quorum vices, & in d.c. C. Quorti

In nouo, vt suprà ostēdimus: vnde ve-
rū est dicere, quod Episcopis non suc-
cedunt Apostolis, quatenus Apostoli
fuerūt, sed vel ratione ordinis episco-
palis. id est, quatenus fuerūt primi E-
piscopi cū iurisdictione ordinarii, &
potestate ordinis, vel per quandā pro-
portionē, & similitudinē, quia nimirū
post Pontificem sunt ordinarij, & pri-
mi Principes Ecclesiæ, quēadmodū
post Christum eo viuente, & posteā

D sub Petro primi fuerunt Apostoli, vt
eleganter ex Diuo Thoma declarat
Soarius dicta sect. 1. num. 12. de fide Soar.
disput. 10. sect. 5. & de legibus lib. 3.
c. 3. cū seqq. Bellarm. lib. 1. de Roma- Bellarm.

- Cano.** no Pontifice cap. 25. Cano de locis Theolog. lib. 6. cap. vltimo ad finem, versic. *Præterea illud*, Aretin. in expunct. de Papatu Roman. expunct. 3.
- Aretin.**
- 9** Aduertendum est secundo; quod licet etiam certum sit Episcopalem dignitatem, & munus ab ipso Christo fuisse institutum, iuxta supradicta, nihilominus tamen omnes Episcopos Ecclesiæ habentes Episcopale, & pastorale munus, habere illud per summum Pontificem, & dependenter ab illo, quod quidem imprimis aperte videtur probare text. in d. cap. *Ita Do-*
- C. Ita Do-**
minus. min. 19. dist. in d. cap. *Quoties.* 24. q. 1. in suprà allegatis verbis, quibus significat munus hoc media auctoritate & consensu Pontificis, ad Episcopos transire, & pertinere. Deinde clarè etiā ostenditur percurrendo singula, quę Episcopis competunt; nam diuīsio, seu determinatio dioecesum, iurisdictio in foro pænitētiali, & in exteriōri, translatio de uno ad aliū Episcopatum, & multa alia similia per Sūmum Pōtificem habentur, ab eodēq; possunt saltem pro parte auferri, minui, aut mutari: ergo manifeste sequitur Episcopos pastorale munus habere dependēter à summo Pontifice, ut latius per hæc omnia ostēdit Soar.
- Bellar.** res, vbi proximè n. 10. Bellarm. d. cap. 24. & infrà cum de iurisdictione egerimus magis apparebit.
- 10** Supposito ergo iam, quis sit Episcopus, & à quo eius dignitas fuerit inuenta, illud præterea sciendum est, illos ita à Christo fuisse institutos, vt non solùm iure diuino, & humano præsbyteris sint superiores, diuersumque gradum superioritatis in nostra Hierarchia constituant, verum etiam ipsum Episcopatum sacra men-
- A tum esse ordinis per se à sacerdotio, & reliquis saltem numero distinctū, vt iam suprà ostendimus in 4. quæst. proœmiali. Cuius assertionis prima quidem pars, duin Episcopos superiores facit præsbyteris iure diuino, inter omnes Catholicos vnanimititer recipitur ex Trident. sess. 23. cap. 4. & *Trident.* Canon. 6. & 7. agnoscuntquę omnes Doctores, licet ab hæreticis impudenter negetur. Secunda verò circa sacramenta inter ipsos etiā Catholicos controuersa est, vt suprà diximus;
- B quoad primam igitur partem conatur impij hæretici pulcherrimam hanc Episcoporum, & præsbyterorū distinctionē euertere impudenter, contendentes eosdē esse Episcopos, & præsbyteros, cuius erroris auctor fuit Aerius, teste Epiphanio in catalog. hæ- *Epiphani.* resum hæres. 75. & August. lib. de hæ- *August.* resibus hæresi 53. vbi hanc opinionē referunt, tanquā hæresim ab Ecclesia damnatam, causā inquę redundunt, cur Aerius illam excogitarit, quia cū ipse esset præsbyter ambiens dignitatem Episcopale, & ipsam assequi non valens, voluit illis æqualis videri; cādēq; hæresim posteà renouauit Mafilius Patau. teste Bernard. Luth. Zeb. *Bernard.* & nouissimè Nouatores omniū hæresum, illam ex inferis reuocarunt. Caluin. libr. 4. instit. cap. 4. vbi dicit, *Quibus docendi munus iniunctum fuerat,* eos omnes nominabant præsbyteros, &c. Kemnit. in examine Concilij Tridēt. sess. 23. cap. 4. & Canon. 6. & 7. ex eodemque dolore suscitauit Vuiclef. D & alij passim. Adducuntq; primò pro sua sententia auctoritates Pauli ad *Ad Phi-* Philippens. 1. ibi, *Omnibus sanctis, qui lip. 1.* sunt Phelippis cum Episcopis, & *Diaconis*, quasi nomen Episcopis ponatur pro

Ca. Qao- pro præsbyteris; tū quia in vna ciuitate plures Episcopi esse non poterant, cap. *Quoniam*, de officio ordinacionis. Item quia de præsbyteris nullam fecit mentionē, vt debuerat.

Ad Titū Item 1. ad Titum cap. 1. ibi, *Constitutas per ciuitates presbyteros, iuncto ibi, Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, &c.*

D. Hier. Secundō, quia in idem videtur consensisse antiqui Patres. **D. Hier.** in c.

C. Olim. *Olim. 95. dist. & in c. Legimus. 93. dist.*

Ca. Legi. vbi per multas authoritates ultra sumus.

Bellarm. **prædictas cōprobat eundē esse Episcopū, & præsbyterū, & solū in remedium Chrismati postea hanc differētiam in Ecclesia fuisse introductā. Et tandem quia etiam præsbyteri succedunt Apostoli, pluresq; alias sanctorum auctoritates in idem refert Bellarm. lib. 1. c. 15. Valent. to. 4. disp. 19.**

Valent. q. 1. punct. 2. vers. 4. certū est. cū seqq.

Aegid. Aegidius de sacramentis disp. 20. de Magal.

Magal. ord. dub. 4. Magal. in epist. 1. ad Timo-

Sottom. th. c. 3. sect. 1. annot. 1. Sottomaior in eadem epist. c. 3. super vers. *Fidelis ser-*

Scribon. mo, pag. 404. usque ad 408. latè Scribon. in theosimia disput. 7. de ordine q. 8. per totam.

II Cæterū retenta Catholica sententia, pro qua imprimis, vt diximus stat expressè Trident. locus, sess. 23. vbi ita declarat præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt ad hunc Hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & positos, sicut Apostolus ait, regere Ecclesiā Dei, eosq; præsbyteris superiores esse, plurimaque sanctorum, & scripturæ testimonia, quæ referunt Auctores modò citati: & ipsa etiā Christi auctoritas, qui hos duos ministrorum gradus distinxit; tāquam alios alijs superiores,

A Matth. 10. Marc. 3. & Luc. 6. Apostolos quidem, quibus successerūt Episcopi, & 72. discipuli, in quorum locū surrexerunt præsbyteri, vt constat ex text. in c. *In nouo. 21. dist. cap. Quorum C. In novices. 68. dist. & deniq; ex multis alijs* apparebit tam in potestate ordinis, quam iurisdictionis, quæ infrā hac disputatione dicemus solis Episcopis non etiam præsbyteris competere.

B Ad pri mū argumentum contrariæ hæreticorum sententiæ dicendū est, olim nomina Episcopi, & præsbyteri fuisse communia, in re tamen & dignitate semper fuisse differentiam, idèoque in prædictis auctoritatibus sæpè vnu pro alio usurpari; quinimò, quia nomine Episcopi comprehendebatur omnes sacerdotes; maiores scilicet, & minores; nomine vero Diaconi, omnes ministri, tanquā sub principalioribus vocabulis, quæ alijs accommodabantur, volens Paulus universum clerum salutare, ne cogeretur singulos ordines numerare, idèo generatim dicit *cum Episcopis, & Diaconis*:

C nomine Episcopi complectens omnes sacerdotes; nomine vero Diaconi omnes ministros, vt eleganter considerauit Bellarm. d. cap. 15. & anteā dixerat Pihgius, quem ipse non citat, de Ecclesiastica Hierarchia. Vel etiam dici potest, initio Ecclesiæ omnes præsbyteros communiter participasse aliquo modo iurisdictionem, & officium Episcopale; tum quia tanquam eius Conciliarij, vna cum Episcopo Ecclesiæ regebant, in illis locis,

D vbi erant Episcopi; tum etiam quia ijs magna ex parte cōmunicabatur iurisdictionis Episcopalis, presentim in locis, vbi Episcopi nō erāt; vnde omnes promiscuè vocabātur modò præsbyteri.

V. 3. modò

12

Bellarm.
Pihgius.

Mat. 10.
Marc. 3.
Luc. 6.

C. Quorū
vices.

modò Episcopi; Episcopus enī signifi-
cat eū, qui alicui rei, tanquā director
præfectus est; siue cui incumbit, alio-
rum regimini inuigilare, vt suprà di-
ximus: vnde fit, vt Apostolus sæpè
nomine præsbyteri, aut Episcopi, pro-
miscuè, tam Episcopos, quām præs-
byteros intelligat, quānus etiam sæ-
pè vtrunque nomen distinguat, vt

ad Ti. mot. 5. patet ex epistolis prima ad Timoth-

Ad Titū 1. 5. & ad Tit. cap. 1. vbi Apostolus aper-

tè ostendit, Episcopos, quales Timo-
theus, & Titus erant, esse iudices, cor-
rectores, ac Rectores præsbyterorū,
quę satis demonstrant distinctionem,
superioritatem, & eminentiā. Cres-
cente tamē postea, tam fidelium, quā
etiam Episcoporum, ac præsbytero-
rum multitudine, vt vitaretur, confu-
sio, & fortè etiam ob aliquorū præs-
byterorum superbiam sua potestate
insolenter ab vtentium, & contra E-
piscopos superbientium, tam nomi-
na, quām gubernandi officia fuerunt
magis distincta, & præsbyterorū po-

Sottom. testas restricta, ita Sottomaior, Ma-

Magal. gallan. & Aegidius. Tandem etiam di-

cí potest Apostolum diuersa illis im-
pertiri nomina, cum præsertim apud
exteras nationes in principio naſcē-
tis Ecclesiæ, vbi populi quaſi nouella
germina producebatur ad fidem, non
dum vſus forma constituerat nomi-
na propria singulis ordinibus, quia
diuersis idiomatibus, solent diuersi-
modè vocitari, vt apud Gallos sacer-
dos dicitur præsbyter, quia sacerdo-
tis nomen non est in vſu, & apud Ita-
los dicitur sacerdos, & nunquā præ-
byter, quia præsbyteri nomen illis
non est in vſu.

C. Olim. Ad secundum de sentētia D. Hie-
ronymi in d. cap. Olim, & in d. cap. Le-

gimus, omissis varijs solutionibus, *Ca. Legi-*

mus. *quas referunt Bellarminus, Valent.*

Bellar. *dictis locis, & Sot. in 4. dist. 24. q. 2.*

Valent. *art. 2. cum eodem Valent. & Aegidio*

Soto. *dicendum est D. Hieronymum agno-*

Valent. *uisse Episcopos præsbyteris esse su-*

Ægid. *periores in potestate quidē ordinis,*

vt appareat ex eodem textu ibi, Quid

facit Episcopus, excepta ordinatione, quod

non faciat præsbyter? deinde esse quo-

que superiores in potestate iurisdi-

cōtionis, vt constat ex n. 25. illius Epi-

stolæ, deinde in fine vbi ait, quod Aa-

Epiſtol. *ron, & filij eius; atque Leuitæ in templo Hieron.*

fuerunt hoc sibi Episcopi, & præsbyteri, &

diaconi vendicent in Ecclesia, vbi aper-

tè docet in lege noua eodem modo

se habere Episcopos sacerdotes, &

Diaconos, sicut in lege veteri se ha-

bebant Aaron, filij eius, & Leuitæ.

Planè conitat ex veteri lege, primò

Aaronem, & deinde Eleazarum, ac

aliós summos sacerdotes fuisse, & Le-

uitarum, & filiorum Aaron, siue sa-

cerdotum Principes, idque iure di-

uino, vt patet Numer. 3. alijsque locis

plurimis: ergo etiam teste D. Hiero-

nymo in Ecclesia eodem iure debet

esse aliqui sacerdotum, & diaconorū,

atque adeò Ecclesiæ principes, qui

non sunt alij, quām Episcopi, quos

etiam sine dubio omnino conuenit

alijs potestate esse superiores ad exē-

plum synagogę principum. Idem etiā

constat ex multis locis eiusdem Hie-

ronymi, quos refert ibi Valent. &

Scribonius, vbi suprà, idque ex iure

diuino, quod Aerius negabat; solum

ergo sentētia D. Hieronymi, ibidem

fuit, quod in aliquibus Ecclesijs olim

ipsimet simplices præsbyteri hábue-

runt in communi potestatem episco-

palem regendi, ac proindè ea ratione

eisdem

eosdem fuisse præsbyteros, & Episcopos; posteà verò propter schismata, & seditiones decretum ubique fuisse, vt etiam in illis ciuitatibus, & locis, in quibus Episcopalis potestas ita communis erat in præsbyteris ex illis vñus eligeretur, qui potestatem illam Episcopalem super alios haberet, & insimul ordinaretur Episcopus; cum autem dicit magis consuetudine Ecclesiæ, quam ex Domini dispositione factum fuisse, vt quoad iurisdictionem Episcopus præsbytero maior sit, non negat hoc prouenire ex iure diuino, sed solum quia iurisdictionis Episcopalis licet in genere, & in potentia à iure diuino instituta sit, & in actu tamen, & particulari immediate à Romano Pontifice, & ita ab Ecclesia accipitur, vt latius infrà probabimus, ideo dixit magis ab Ecclesia, quam à iure diuino prouenire, agnoscendo insimul ab utroque ortū habere, sed magis ab Ecclesia, quia immediatè. Quam solutionem latius explicat, & prosequitur Valentia dicto loco, vers. *Explicabo igitur.* Aliæ videri poterunt per Sribonium d.q. 8. per Aegidium dicto dubio 4. per Magalan. & Sottomaior. dictis locis.

C. Abst. Ad ultimum tandem argumentū dicendum est, præsbyteros solùm Apostolis succedere, quatenus sacerdotes fuerunt, cum potestate conferrandi Eucharistiam, vt dicemus disputatione sequenti. Et probat text. in cap. *Absit. 11. q. 3.* reliquias sanctorum authoritates soluunt ijdē Auctores, inter quas numeratur etiam text. in cap. *Quanquam. 2. q. 7.* vbi distinctio hæc, & prælatio videtur referri solùm ad usum Ecclesiæ, ibi, *Iam Ecclesia usus obtinuit, &c.* Sed facile responde-

A tur usum hunc Ecclesiæ solùm opponi tempori, quod erat ante Ecclesiæ fundatam, in quo præsbyteri, & Episcopi nomina solùm erant officij, & ætatis; nunc autem in Ecclesiæ usu, sunt honoris, & dignitatis.

B **Quoad secundam** verò partem supradictæ assertionis, vtrum scilicet Episcopatus per se sit sacramentum Ordinis à sacerdotio distinctum, non est aliquid ab Ecclesia definitum, sed quæstio est inter Catholicos admundum controvensa, vt iam suprà ostendimus. Quare in præsenti omissa hac longa disputatione, quæ videri poterit in 4. quæst. proœmiali huius relectionis, de qua post D. Thomam 3.p. *D. Tbo. q. 41. art. 5.* Soto in 4. dist. 24. q. 2. art. *Soto.*

3. *Turrecremat.* in summa 2.p. cap. 3. *Turrecr.*

n. 14. *Carraria* 1. tomo q. 3. art. 9. vers. *Carrar.*

Quæritur, 2. à nu. 18. *Capreolus* in 4. dist. 25. q. 1. *Esthius* in 4. dist. 24. §. 28. *Esthius.*

Cou. var. c. 10. n. 15. & alijs, de quibus suprà, qui omnes negatiuam partem tuentur afferentes Episcopatum non

C esse sacramentum distinctum à sacerdotio, sed potius idem, neque per Episcopalem dignitatem conferri nō uum characterem, sed Episcopalem extendi ex fundamentis suprà citatis in d. 4. quæst. dicendum est Episcopatum esse per se sacramentum, à sacerdotio, & alijs distinctum, vt suprà diximus, & sic nostri communi- ter ex Felino in cap. *Sicut. 3. de simonia, Medin.* Nauar. Petr. Soto, Vasq. Ochogau. & multi, quos refert, & sequitur Valent. vbi proximè afferens *Vasq.*

D ita esse de fide, latè Bellarmin. lib. 1. *Ochogau.* de Ordine, & meo quidem iudicio *Valent.* verior sententia est, & longo discursu videri potest in d. quæst. 4. *Bellar.*

Valent.
Scribon.
Agid.
Magal.
Sottom.

14

C. Abst.

C. Quan-
quam.

Felin.
Medin.

Nauar.
Soto.

§. II.

De ordinatione, & consecratione
Episcoporum.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopatus est sacramentum ordinis, quod constat ex materia, & forma substantiali.
- 2 Impositio manuum trium Episcoporum est materia, qua Episcopus consecratur.
- 3 Verba illa, *Accipe Spiritum Sanctum* forma sunt huius sacramenti.
- 4 Catena & solemnitates, quae in Pontificali Romano prescribuntur, substanciales non sunt, sed tantum quedam ceremoniae ad maiorem reverentiam.
- 5 Vnotio Chrisma, quae ponitur in capite, & manibus Episcopi non est de essentia ordinationis, sed solum pertinet ad ritum.
- 6 Cur Episcopus in capite, & manibus vngatur.
- 7 Traditio baculi, anuli, & libri Evangeliorum, non est de essentia ordinationis Episcopalis, & quid significet.
- 8 An concursus trium Episcoporum in tali ordinatione sit de eius substanciali?
- 9 Vtrum à Pontifice, vel à quibus de eius licentia consecrari debeat?
- 10 In qua Ecclesia Episcopus sit consecrandus.
- 11 Episcopi à die consecrationis sua revertentur consecrationem accipere intra tres menses ab illa computandos.
- 12 Consecratio Episcopi die Dominica debet fieri.
- 13 Vtrum Missa, que dicitur in consecratione episcopali sit de substancia illius?
- 14 An Episcopus per consecrationem contrahat vinculum cum Ecclesia iure

diuino indissolubile.

- A 15 Opinio Caetani in hac questione refertur.
- 16 Sententia Vasquij pro parte affirmativa afferit, & fundamenta eius annexuntur.
- 17 Pars negativa probabilius videtur cū Soario, &c alijs.
- 18 Aliqua dubia solvuntur.
- 19 Ex usu, seu traditione Ecclesia probatur hoc vinculum episcopale, iure tantum canonico firmari.
- 20 Idem ex translatione Episcoporum confirmatur.
- B 21 Ad Hostiens. fundamentum respondetur.
- 22 Fundamentum Caetani reiicitur.
- 23 Sanctiones prohibentes ne Episcopi suas Ecclesias deserant, explicantur.
- 24 Quomodo intelligatur coniugium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam.
- 25 Intellexus textus in cap. inter corporalia, & cap. Licet, de translatione Episcopi.
- 26 Vinculum Episcopi cum Ecclesia non prouenire ex voto, sed tantum ex pacto humano afferit.

GVm autem ex modo resolutionis certum sit Episcopatus per se Ordinem esse, & insuper sacramentum ordinis, quod quidem constat certa materia, & forma substantiali, & insuper quibusdam ceremonijs accidentalibus; ut notant Doctores de sacramento Ordinis agentes, & nos infrà in singulis ordinibus explicabimus. Ulterius queritur, quidnam in Episcopali ordinatione habeat vicem, materiæ, & formæ; & quæ insuper necessaria sint de substancia, aut solemnitate. Imprimis ergo ipsam ordinationem Episco-

Fpiscopi, & qualiter fieri debeat, ponuntur textus in cap. *Episcopus*. 23. A dist. & in cap. 1. 75. dist. prosequitur Durand. in ration. diuin. lib. 2. cap. 11. Durand. ex n. 7. cum sequentibus, Henr. lib. Henr. 10. cap. 34. §. 3. Vasquez in 3. p. tomo Vasques. 3. disput. 240. Aegid. dicta disput. 20. Aegidius 2. dub. 7. Inter quæ imprimis materia, qua Episcopus consecratur, est impositione manuum trium Episcoporum, iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 4. per impositionem manus presbyteri; forma vero sunt verba, quæ tunc illi tres simul proferunt, scilicet, *Accipe spiritum sanctum*, ut clare videtur insinuare. Cap. Epis copus. ret. in d. cap. *Episcopus*, & expressè tenet Henriquez d. lib. 10. cap. 7. §. 3. Heuriq. Vasquez dicta disp. 240. n. 58. quemadmodum etiam in omnibus alijs ordinibus inferioribus, forma semper consistit in verbis, quibus potestas traditur, materia vero in re illa, in cuius traditione potestas confertur, & 1. ad Ti- mot. 4. aperte omnino colligitur 1. ad Timotheo. 4. vbi dicitur, Timotheo datam fuisse gratiam per prophetiam cum impositione manu presbyteri, vbi licet aliqui putent Apostolum per illa verba (per prophetiam) significare diuinam reuelationem, qua iussus est Timotheum ordinare Episcopum, vt colligitur ex cap. 1. vers. 18. existimat, eum significare ipsam formam sacramenti, qua significatur gratia, & potestas, quæ per ordinationem traditur, quia per hanc propriè coniunctam cum impositione manuum data est Timotheo gratia, videtur etiam expressa sententia Concilij Tridentini sess. 23. canon. 4. vbi definit non frustra ab Episcopo ordinante dici. *Accipe spiritum sanctum*, quia per ordinationem confertur gratia: clare

ostendes hanc conferri per dicta verba. Hæc enim verba non frustra dici, nihil est aliud quam ea habere effectum, quem significant: sicut contra ea dici frustra, ea non efficere, id quod significant, sicut frustra tibi dicere, accipe hunc librum, si non darem tibi librum, quem posse accipere. Neque tamen dici potest, ut non frustra dicantur ipsa verba sufficere, ut ordinandus per alias ceremonias, in quibus essentia sacramenti consistat, Spiritum Sanctum accipiat, & illa verba solum ostendere Episcopum pronunciantem se firmiter credere ordinatum per ordinationem, acceptum Spiritum Sanctum, quia est aperte contra mentem Concilij, quod intendit docere, ideo ea verba non dici frustra, quia sunt efficacia instrumenta gratiae, alias enim ex illis nullo modo probaret per ordinationem dari Spiritum Sanctum: nam secundum illam explicationem, & eorum veritatem sufficeret, ordinatum tempore ordinationis suscipere gratiam siue per proprios actus ex opere operantis, siue per communionem, quam semper suscipit, ex opere operato, & sic nullam gratiam acciperet per ordinationem, quod est contra mentem ipsius Concilij. Deinde illa explicatio aperte repugnat proprietati verborum. Eodem enim modo dicit Episcopus: *Accipe spiritum sanctum*, in ordinatione Episcopi, Sacerdotis, & Diaconi; sicut in ordinatione sacerdotis dicit. *Accipe potestatem offerendi sacrificium*, &c. Atqui manifestus error est contra veritatem huius formæ negare per eam, tanquam per causam partialem conferri dictam potestatem: ergo similiter nemo potest negare per ista alia verba conferri Spiritum

Spiritum Sanctum: vnde aperte cōsequitur cā esse partem sacramenti. Cæteræ autem solemnitates, quæ in Pontificali Romano præscribuntur ad huiusmodi ordinationem faciédam, non debent censeri substantiales, ita ut sine illis ordinatio non valeat, sed tantum quædam cæremoniæ ad maiorem reverentiam, & significationē huīus ordinationis ab Ecclesia institutæ. Cum enim ex modò dictis ordinatio hæc sit sacramentum per se solum pro sua substantia, debet habere materiam, formam, & ministrum, quemadmodum in reliquis sacramētis obseruatur.

Vnde primò insertur vñctionem Chrismatis, quæ ponitur in capit. Et manib[us] Episcopi, iuxta textum in cap. I. de sacra vñctione, non esse de essētia huiusmodi ordinationis, ita ut sine illa non valeat, sed solūm pertinere ad ritum, & solemnitatem, nam per huiusmodi vñctionem non traditur aliqua episcopal[is] potestas, sed tantum tradita significatur, & tantummodò fit ob rationes, de quibus text. in d. cap. I. in principio; vnde non pertinet ad formam, aut materiam ordinationis, & proindè de substantia esse non potest. Accedit, quia illius omissione non vitiat ordinationem, imo ea valida permanente suppleri iubetur d. cap. I. ibi, *Mandauimus in ipso Cardinali suppleri, &c.* aduertit Cardinal. S. X. I. in dict. cap. Episcopus, & tenet expressē Henriq. d. §. 3. & lib. I. de sacramētis in genere, cap. I I. §. 9. Quicquid Durand. vbi suprà contradicit. Quare autem Episcopus in capite, & manib[us] vngatur explicat optimè text. in d. cap. I. Durand. in rational. lib. I. cap. 8. n. 15. August. Barb. de Episcop.

tit. I. cap. 5. n. 12. In capite, vt authoritas, & dignitas eius declaretur; cum scilicet esset caput, & Principem Ecclesiæ. In manib[us] vngitur, primum propter officium, & ministeriū eius, vt se sciatur dignitatem, non propter otium, sed propter negotium, suscipere. Denique vnguntur manus eius, vt operentur bonum, vt panem otiosus non comedat, vt distillent mirrā. Tandem vt manus suas mittat ad fortia; quæ omnia vide apud citatos Auctores.

Consequitur secundò, traditionē baculi, anuli, & libri Euangeliorum sub verbis, quæ habentur in Pontificali, non esse quoque de essentia huiusmodi ordinationis Episcopalis. Constat siquidem per illas solemnitates significari solummodò traditionem quandam, quæ fit Ecclesiæ, & alias similes conuenientias, quæ non reducuntur ad materiam, aut formam huius sacramenti, atque ita de essentia esse non possunt, & ita in lib. Euangellor. tenet expressē Glossa in fine *Glossa*. In d. cap. Episcopus, quam sequuntur aliqui Doctorēs, licet Turrecremat. *Turrecremat* d. loco n. 7. post Hostiensem in cap. I. *Hostiensis*. de sacra vñctione contrarium tenuerit, cuius fundamentū, videlicet quod non sit expressum, hoc non esse de substantia, ac subindè necessario esse debere in proposito nihil concludit. Sumus enim in materia, in qua ē cōuerso debet fieri argumentum, nempe hoc non pertinet ad materiam, formam, aut ministrum huius sacramenti: ergo non est de substantia. Traditur in manu noui Antistitis cōsecratum baculum authoritatis scilicet, & disciplinæ insigne, sustentaculum imbecillitatis humanæ, Bernard. *Bernard* lib.

⁵
C. Et ma-
nibus.
Cap. I.

Cap. II.

Cardinal.

Cap. Epis-
copus.

Henriq.

Durand.

6

Cap. I.

Durand.

Barb.

Durand. lib. 3. de considerat. Durand. in rationali lib. 3. cap. 15. n. 4. & 5.

C. Porrò. 8 Tertiò consequitur quid dicendū in concursu trium Episcoporum in prædicta ordinatione, de quo in cap. Porrò. 66. distinct. nam illum quidam Doctores aiunt etiam esse de substātia ordinationis, ita ut aliter non valeat, vt sunt ferè omnes Doctores nostri, cum Glossa verbo sine tribus, in cap. *Nec Episcopi*, de tempor. ordinat. per textum in d. cap. Porrò, vbi videtur tradi forma, ibi, *Successoribus formam dans, &c.* Et insuper ex illo Diui

1. Tim. 4 Pauli 1. Timoth. 4. ibi, *Per impositionē manus presbyteri*, id est cœtus Episcoporum, vt interpretantur Doctores, quasi hoc proueniat ex præcepto Christi. Cæterū securè tenendum est, quod quanvis à tempore Apostolorum in præcepto Ecclesiæ positum sit, vt Episcopus per tres simul Episcopos consecretur, vt statuitur in Ca-

Canon. I. none 1. Apostolorum; ibi, *Episcopus ordinetur à duobus, vel tribus Episcopis*, id est à duobus assistentibus Metro-

Apost. politano. Et habetur in Concilio Ni-

Conc. Nic. cæno. 1. cap. 4. & Carthaginensi 4.

Carthag. cap. 2. & alibi, expressèque colligitur ex illo loco Pauli, & ex facto Apostolorum, qui Iacobum Episcopum Hierosolymis consecrarunt, per Petrum, Iacobum, & Ioannem Apostolos; nihilominus tamen hoc non prouenire ex præcepto Christi, neque esse de substātia, sed tantum pertinere ad solemnitatem quandam necessariam, quod non proueniat ex præcepto Christi. Patet, quia sœpè Pontifex ex

Greg. I. causa in hoc dispensat, vt Gregorius Papa.

Greg. 13. 1. in Anglia dispensauit, & Greg. 13.

Henrig. cum Patriarcha Aethiopiarum, vt refert

Henrig. Henriquez d. cap. 24. litera B. item

Glossa.

Durand.

Ant. August.

thome

quod non sit de substantia ex multis

A probatur, quæ latè congerit Turre- *Turreer.*

cremat. in d. cap. Porrò, ex n. 3. & præ-

cipue ex eo, quia omnes illi non sint

consecratores, sed unus tantum, con-

secrationem perficit; cæteri vero so-

lum verba proferunt: ergo apparet,

quod ille tantum erit de substantia:

nam unius sacramenti unus solus de-

bet esse minister, alias sacramento in-

iuria fieret; atque ita ultra Turrecre-

mat. tenet etiam Paludan. & videtur

inclinare Henriquez dictis locis, &

B multi alij referunt. Durad. lib. 3. cap. *Palud.*

11. nu. 7. & 9. Gutier. in speculo iuris *Henrig.*

Pontificij, cap. 1. col. 8. vers. *Gutier.*

Quod au-

thoritatibus. Neque obstat fundamen-

ta suprà adducta. Primum enim ex d.

cap. Porrò, ibi, *formam*, nihil euincit,

quia forma ibi nō accipitur pro sub-

stantia rei, sed tantum pro ritu, seu

cæremonia, quam Apostoli successo-

ribus relinquere volebant; neq; sem-

per forma censetur substantialis, sed

illa tantum, quæ vel ex materia sub-

iecta, vel ex mente constituentis ta-

C lis apparet ex sententia Glossæ Ulti-

Glossa. mæ in cap. *Cum desideres*, de sententia

excommun. Locùs verò D. Pauli non

concludit, hoc esse de iure diuino,

sed tantum Apostolus loquitur secū-

dum modum, qui iam suo tempore

in consecratione Episcoporum inter-

ueniebat, nempè trium Episcoporū;

iura verò quæ aliquando asserunt ali-

ter factam ordinationē irritam esse,

vt in cap. *Archiepiscopus*, eadem dist. &

alibi, intelligi debent, non quantum

D ad veritatem sacramenti, sed quoad

executionem officij Pontificalis, vt

optimè declarat Glossa in dicto cap.

Archiepiscopus; quicquid Durand. di-

cto loco, & Anton. August. in Epi-

C. Archi-

episcopus.

Glossa.

Durand.

Ant. Au-

gust.

thome iuris Pontificij veteris libr. 4. titul. 17. Trium igitur Episcoporum præsentia ad consecrandum Episcopum requiritur ratione, & exemplo. Ratione ne tantum beneficium videatur furtiuè præstitum, ut pro illo pariter preces ad Deum effundant. Et exemplo, quia & Iacobus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioāne Apostolis ordinatus fuit.

Ultra prædicta vero, & alias cærimonias, quæ præscribuntur in Pontificali, requiritur etiam, quod Episcopus, si fuerit exemptus consecratur à Papa, vel ab alio de mandato eius, si vero exemptus non fuerit debet cōsecrari ab Archiepiscopo Provinciæ, cum duobus Episcopis comprountialibus, vel à tribus comprouncialibus Episcopis ex iussu Archiepiscopi, ita tamen, quod in utroque casu omnes Episcopi Provinciales, per Epistolam saltem consentiant, ut expressè statuit cap. *Nec Episcopus*, c.

Ca. Nec Episcop.
C. Si Ar. chiepisco- pus.

Cap. 1. Innocent. in d. cap. *Nec Episcopi*, quod si aliquis ex Episcopis contemptus fuerit, potest agi, ut ordinatus officij executione priuetur, vel si Metropo-

Cap. vlt. litanus non consentiat, iuxta textum in cap. vltimo 64. distinct. cap. *Archiepiscopus*, in fine 66. dist. Hodie vero,

C. Archiepiscop. quia Rex est Patronus, qui præsentat, data Pontificis confirmatione, non requiritur insuper consensus Episcoporum, ut praxis obtinet, & in Archiepiscopo notat Henriquez d. libr. 10. cap. 24. in princip. litera, E. Episcopus item consecrandus est in Ecclesia, ubi Metropolitanus elegerit, quemadmodum ipse Metropolitanus

Henriq.

in propria Ecclesia ordinandus est, 10 cap. vltimo in fine. 51. dist. nisi aliud *Cap. vlt.* necessitas, vel cōsuetudo habeat. alter vero ordinatus, seu consecratus tenetur infra trium mensium spatiū se Metropolitani conspectui præsentare, ut in cap. *Cum longe*. 63. dist. & in cap. *Siquis*. 65. distinct. Teneatur denique Episcopi à die confirmationis suæ consecrationē accipere intra tres menses ab illa computandos, nisi aliud necessitas exigat, cap. *Quoniam*. 65. dist. Trident. sess. 23. cap. 2. quod si neglexerit fructibus priuat, & si postea intra alios tres menses, consecrationem non petierit, ipso iure Ecclesiam, & dignitatem amittit, ut hæc omnia tradunt eleganter, Trident. vbi suprà, Syluerter verbo *Consecra- tio*. 1. §. 1. cum sequentib. Henrig. d. lib. 10. c. 23. §. 5. & cap. 34. §. 2. Nauar. in Man. cap. 25. n. 118. vers. 8. Gonsal. ad regulam 8. Cancellariæ Gloss. 24. Reginald. n. 141. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. cap. 24. nu. 58. P. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 34. n. 103. Guerrer. in speculo iuris Pontif. cap. 10. pag. 31. Barb. de Episcop. tit. 1. cap. 5. Addo consecrationem etiam faciendam die Dominica. cap. *Ordi- nations*, cap. *Quod die Dominico*. 75. nationes. dist. Et insuper cum Missa in qua inter Epistolam, & Euangelium consecratur Episcopus, cap. *Quod sicut*. §. 1. de electione; ideoquæ tunc non potest ordines conferre, quia consecratus concelebrat pariter celebrati; solus vero Papa in die consecrationis suæ, ordines conferre potest, quia ante hymnum Angelicum consecratur, & ipse Missarum solemnia incipit, & perficit, ut inquit text. in d. §. 1. notat Durand. in ration. lib. 2. d. c. 11. n. 12. Vtrum

Ca. Cum longe.
C. Siquis.

Ca. Quo- niam.
Conc. Tri- dent.

Sylue- st.
Henrig.
Nauar.
Gonsal.

Reginald.

P. Lessius.

Guerrer.
Barb.

C. Ordi- nations.

Ca. Quod die.

Ca. Quod sicut.

Glossa.

Turreter.
Henriq.

Soto.

Henriq.

Guerrer.

Barbos.

14

Hostiens.

C. i. dist.

12.

C. Inter.

Vtrum verò Missa hæc sit de substantia consecrationis Episcopalis, disputat Glossa 1. in d. §. 1. & tandem resoluit non esse de essentia, sed solum ad solemnitatem, & reuerentiam fuisse institutam, sequitur Turreter. in d. c. Ordinationes, n. 10. Henriq. d. c. 34. §. 3. De vestibus autem, aut ornamenti dignitatis Episcopalis ultra alios vide ri potest Sot. in 4. dist. 2. q. 2. ar. 4. vers. Huiusmodi, Henriq. & ab eo citati in d. c. 34. §. 5. Guerrer. & Barbos. dictis locis. Hæc quoad primum punctum, nempè de Episcoporum ordinatio ne, & consecratione.

Sed quæri potest in præsenti, vtrū per hanc consecrationem Episcopus concrahatur vinculum cum Ecclesia, ad quā ordinatus est, iure diuino indissolubili, vel non in qua quæst. imprimis Hostiens. in summa lib. 1. de translat. Episcopi, §. Cuius autē, n. 5. in fin. con stituit differentiā inter vinculū, quo ligatur Episcopus Ecclesiæ generali, & vinculū, quo ligatur Ecclesiæ cathe drali: nam primū, inquit, ordinationi diuinæ, & sacro eloquio, quos Deus cōiunxit, homo non separat. omnino inniti; posterius verò constitutione

Canonica firmari, ut patet ex c. 1. dist. 12. id est per Papam dissolui posse, & ita explicat, & intelligit cap. Inter corporalia, de translatione Episcopi. ibi, Dubitari non debet, quin omnipotēs Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantum iudicio reseruauerit, dissoluendum, &c. Hæc tamē distinctione inter vtrūq; vinculū, nō satis ab Host. explicatur; quare sciendū est in Episcopo, vel posse cōsiderari vinculū, seu vniōne cū Ecclesia, quoad usum sui munera, ex officio, & obligatione, ita ut, quod ex vi conse

crationis oriatur obligatio seruendi A Ecclesiæ vniuersali, in aliqua eius dio cesi indeterminatè; vel vniōnem, seu vinculum cum Ecclesia ad cuius titulum Episcopus ordinatus est; ita ut teneatur determinatè alicui propriæ Ecclesiæ inseruire; quo supposito opinio Hostiens. in primo casu procedit.

Secunda verò opinio fuit Caetani 15 iure diuino, & naturali obligari ad perpetuò permanendum in suo munere. Et fundamentum est, quia Episcopus

B eodem iure diuino, & naturali ex vi suæ institutionis est causa principalis effectuum, seu actionum ad munus suum pertinentium; sed causa principalis ex natura sua tenetur assistere suo effectui: ergo & Episcopus ex iure naturæ tenetur ad opera sui munera, ac subinde ad opera perfectionis exercenda, qualia sunt ea, per quæ salus animarum procuratur. Quæ tamē opinio videtur assentiri sententiæ Hostiensis suprà positę; dum asserit Episcopos teneri ex officio ad perpetuò seruendum Ecclesiæ indeterminatę, id est, per vinculū cum Ecclesia generali in munere suscepto iure diuino.

C Vasquez tamen in 3. p. tom. 3. dis put. 241. cap. 1. & 3. & 5. reiecta Host. distinctione, asserit vinculum, quo Episcopus ligatur suæ Ecclesiæ iure diuino, & naturali indissoluble esse. Et fundamentum deducit ex varijs Pontificum sanctionibus agnoscen tibus hoc matrimonium spirituale inter Episcopum, & suam Ecclesiam, vt sunt Euaristus in epist. 2. Calixtusq; Pontifex in epistol. 2. quæ est ad omnes Galliarum Episcopos, cap. 3. refertur cap. Sicut 7. q. 1. Innoc. 3. in c. Inter corporalia, de translat. Episcopi, in illis

Hostiens.

Caetan.

16
Vasq.

C. Sicut.
7. q. 1.
Ca. Inter
corporal.
de trāsl.
Episcopi.

illis verbis, Cum ergo fortius sit spirituale
vincula quam carnale, dubitari, non de-
bet, quia omnipotens Deus spirituale con-
iugium, quod est inter Episcopum, & Ec-
clesiam suo tantum iudicio reseruauerit

C. Licet. dissoluendum, &c. Idem in cap. **Licet,**
de transl. eodem tit. vocat spirituale fœdus cō-
Episcop. iugij, quod est inter Episcopum, &
Ecclesiam. Deinde faciunt alia de-
creta, quæ absolutè prohibent, ne
Episcopus Ecclesiæ, quam semel ac-
ceptauit, deserat etiam propter quie-
tem religionis. Primum quidem est

Conc. Carthagin. Conc. Carthagin. 4. c. 27. habetur c.

Episcop. 7. q. 1. idem definitur in Cōcil.

Sardicensi can. 1. Tandem extant pre-
claræ Pontificū sanctiones de hac re,

Euaristus Papa in d.c. **Sicut vir.** 7. q. 1.

Papa. Anterus Papa in epist. ad Episcopos

Anterus Papa. Beticæ, & Toletanæ Prouinciarum, quæ

Concilio. in 1. tomo Conciliorū est, & refertur

C. Mutatio. cap. **Mutationes.** eadē causa 7. q. 1. Cō-

tiones. 7. cilium Antiochenum c. 21. habetur

C. Antioch. c. Episcopum, eadē causa, & quæst. qui-

bus in locis constat, translationem E-

C. Episco- pisci semper vetitam, & reprobatā

fuisse; & idem absolutè prohibetur in

Concilio Carthaginensi. 3. c. 38. Vnde

videtur probari, quod primū vinculū

iure diuino indissolubile est, alias enī

ad exemplum omnium cōtractuum,

L. Non iuxta text. in l. **Non solum**, ff. de pact.

solum. ff. possit Episcopus sua voluntate illud

dissoluere cū priori Ecclesia, illa con-

sentiente. Et etiā ratione incōmodo-

rū, quæ frequenter consequitur ex his

translationibus, idem intendit probare

Vasq. d. cap. 3. & **Soto lib. 3. de iust.** &

iur. q. 6. ar. 2. vbi post nonā conclusio-

S. Verum. inquit, quod ex hac cōsuetu-

dine mutādi Episcopū in aliā ciuitatē,

via ambitionis aperitur, qd agnosco,

sed hinc magis cōtra Episcopos, quā

A pro sua sentētia deducitur probatio.

Tertia vero sentētia, quæ mihi ve-

rior, & probabilior videtur, indistin-

ctē, inquit, vinculum, quo Episcopus

ligatur Ecclesiæ iure tantū humano,

seu pontificio firmari, ita nostri iuris

professores in cap. **Inter corporalia.** &

in cap. **Licet,** de translat. Episcopi, vbi

Cardina. n. 1. & 3. **Immol. n. 2.** **Abb. n.**

3. & 4. Ex TT. Maior in 4. dist. 389. q.

7. ar. 2. Petr. Ledesm. de Matrim. q. 53.

art. 3. post conclus. 3. vers. Sed, ut hæc, Maior.

Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. 28. n. 13. Ledesm.

Soar. de Relig. tom. 3. lib. 1. c. 16. per Sanch.

totū, qui plures refert cū D. Thom. in Soar.

cōfirmationē huius sentētiæ. Et pro-

batur primò; nam si hoc vinculū esset

iure diuino indissolubile, vel esset iu-

re diuino posituo, vel naturali; de pri-

mo nō extat locus, de secundo etiā pa-

tet, quia ex solaratione naturali fūda-

mentū talis iuris diuini minimè ostē-

di potest, vt statim dicemus; ex tradi-

tione Ecclesiæ contrariū constat. er-

go tantum iure Canonico, vinculum

Episcopi cū Ecclesia firmatur. Quod

C attinet ad solum rationem naturalem

convincit; quia ex natura rei nullus

obligatur ad permanendum toto suæ

vitæ tempore in ministerio, vel mu-

nere, quod semel voluntariè suscepit:

ergo nec Episcopus; antecedens per

se patet, & inducione facile ostendi

potest; & consequentia probatur,

quia Episcopatus est quoddam mu-

nus, seu ministerium ecclesiasticum,

vt iam suprà ostensum est in 1. §. hu-

ius disputationis, & in eo non potest

D peculiare describen assignari, & ra-

tionē declaratur, quia cum à princi-

pio acceptatio fuerit voluntaria, etiā

perseuerantia in illa erit volunta-

ria, nisi ratione alicuius promissionis

oblige-

27

C. Inter.

C. Licet.

Card.

Immol.

Abb.

Maior.

Sanch.

Soar.

S. Thom.

obligetur ad perseuerandum in illo: tunc sanè obligatio non nascitur ex iure naturali immediate, sed mediāte humāna promissione, aut pacto; talis autem promissio, vel pactum inducens huiusmodi obligationem non magis est annexum muneris Episcopali de iure diuino naturali, quā alijs muneribus, aut dignitatibus humanis siue temporalibus, vt Consulis, Prætoris, vel etiam Regis: siue spiritualibus, vt in alijs prælatis Ecclesiæ videre licet.

18 Obijcies tamē, quod supposita institutione Episcopatus, prout à Christo facta est, naturaliter sequitur ius illud. Respondeo, ex vi rationis non posse conitare, quod talis fuit institutio; nam imprimis hæc institutio fuit Christo libera, deinde sicut instituendo ordinē sacerdotalē nō instituit, vt nemo ordinaretur sacerdos, nisi cum pacto, & promissione suscipiédi animarū curā, siue in cōmuni, siue in particulari, in tali, veltali parochia, ita instituendo consecrationē, seu gradū episcopalē, potuit nō instituere, vt nemo cōsecraretur Episcopus, nisi sub pacto, vel promissione regēdi aliquē Episcopatū, siue cōfusē, siue determinatē; & consequēter potuit etiā ex ui institutionis, nō obligari ad suscipēdū episcopatū cū illa obligatione, & one-re, & nō alio modo. Vnde ex vi rationis nō potest ostendi talis institutio.

19 Ultimō tandem probatur hæc sententia ex traditione, seu cōsuetudine Ecclesiæ; nam renunciatio Episcopatus simpliciter facta, & sine vlla translacione, non est contra ius diuinum: ergo vinculum cū vniuersali Ecclesia, iure diuino nō est indissoluble: cōsequētia patet, quia qui renūciat simpliciter

A Episcopatui, nulli Ecclesiæ postea addictus manet, nec tenetur alicui inferuire ex officio: ergo si renūciatio illa nō est cōtra ius diuinū, nec obligatio illi cōtraria erit de iure diuino. antecedēs probatur primō ex c. Nisi cū pri Cap. Nisi dem, de Renunc. ibi, Cedendi licentiam cumpri dē authoritate Apostolica tibi scias, penitus de renūc. interdictā, vbi satis clarē docet Innocētius nō diuina, sed Apostolica au- cōritate liberā cessationē solū interdictā esse. Quod magis cōfirmat idē Pōtifex in c. Quidā, eod. tit. vbi statuit

B cum, qui hanc licentiā petijt, & obti-nuit cogendū esse renunciare. Et ex cōsuetudine Ecclesiæ hoc satis vide-tur notū, quia similes renunciationes facilē cōcedi consucuerūt, vel ex le-uibūs, & ordinarijs causis, vel interdū ex speciali fauore, benevolentia, aut remuneratione; & nemo circa valorē illarū scrupulū iniecit. Quæ rationes sufficiūt quidē ad dispensandū in hu-mano iure, nō autē in diuino. Et con- firmatur, quia nō est cōtra diuinū ius,

C vt Episcopus in principio cōsecretur, sine titulo, aut prouisione alicui⁹ pro-priæ Ecclesiæ, seu Episcopatus: ergo non est contra ius diuinū, vt postquā consecratus est, & alicui Ecclesiæ di-catus, per renunciationē maneat cō-secratus, ab omni cura alīcuius Eccle-siæ liber, consequētia clara est à pa-ritate rationis, & antecedens constat, quia nulla talis prohibitio inuenitur iure diuino lata, imò factum esse pro-babilissimum est, & sic multi credunt Petrum ordinasse Linum, & Cletum in Episcopos coadiutores suos, sine titulo specialis Episcopatus, vt de Chorēpiscopis, de quibus statim di-cemus, etiam multi affirmant.

D Potest etiam confirmari hæc sen-tentia

C. Quidā.
de renūc.

Pelag.
Gelas.

tentia ex translatione Episcoporum; nam hæc fieri non potest, nisi dissoluatur vinculum cum priori Ecclesia; alioquin nō fieret translatio, sed multiplicatio Episcopatum in eadē persona: planè hæc translatio non est diuino iure prohibita: ergo nec dispensatio Episcopi cum sua prima Ecclesia, fuit iure diuino indissolubilis: nam omnia decreta antiqua, quæ translationem prohibent, nunquam indicat esse prohibitionem diuinam, sed Ecclesiasticam valdè antiquam; deinde nunquam fundant illam prohibitio nem in prioris vinculi indissolubilitate, sed in incommodis, quæ ex illa sequuntur. Tandem quia eadem decreta non absolutè prohibent translationem, sed ne fiant propria auctoritate, ac voluntate, sed vel necessitate, vel auctoritate maiorum, ut dixit Pelag. 2. d. epist. vel nō sine causa, ut dixit Gelasius, & hoc maximè suadet usus Ecclesiæ, quem nunc etiam vigere conspiciimus; magna enim facilitate, & fréquentia huiusmodi translationes fūt. Ex quo optimè deducitur sentire Pontifices hoc totum esse Ecclesiasticū, non diuinum, alioquì sequeretur huiusmodi omnes prouisiones Episcopatum per tales translationes esse non solùm iniquas, sed etiā inualidas, quod dicere, instar sacrilegij est.

Hostiens. ²¹ Ad Host. distinctionem iam patet responsio, quia iam ostensum est, nec ex iure diuino positivo, nec ex sola ratione naturali ostendi posse talem indissolubilitatem cum Ecclesia, siue particulari, ad cuius titulum Episcopus ordinatur, siue vniuersali, quoad usum sui muneris ex officio, & obligatione; deinde ex consuetudine Ecclesiæ idem ostendimus: nam re-

nunciatio Episcopatus simpliciter facta, & sine villa translatione non est contra ius diuinum, & tamen, qui renunciat simpliciter Episcopatuī, nulli Ecclesiæ posteā additus est. Tandem conuincitur hæc opinio, quia hoc vinculum cum Ecclesia generali, minimè contrahi potest, nisi per vinculum cum Ecclesia particulari, vel in actu, vel in potentia, ut ordinantur Titulares: ergo hæc distinctione Host. impertinēs est in præsenti.

Ad fundamentum Caietani ref-
B pondeo, imprimis negari posse antecedens, dum supponit Episcopum esse causam effectuum, seu functionum sui muneris: nam si agamus de potestate ordinis Episcopi, ut instrumenta Christi operantur, si de potestate iurisdictionis, ut Christi Vicarij se habent: deinde concessso antecedenti in bono sensu, non rectè infertur, teneri Episcopum ex iure diuino naturali ad permanendum in illo munere, ratione vinculi cum Ecclesia, vel vniuersali, vel particulari, quia Episcopus nō ita se habet à natura, sicut causa naturalis habet suam virtutem agendi, sed medio voluntario consensu, agendi potestatē quam habet, accipit, & ideo ex natura rei potius videtur per candē voluntatē se priuare tali potestate, & cōsequenter obligationem assistēdi talibus functionibus, deponere; quod exemplo Regis confirmat Soares d.c. 16.n.16. in fin. nam ^{Soar.} ille est causa moralis principalis in suo regimine, cui tenetur assistere, quandiu est Rex: non tamen tenetur iure naturali semper esse Rex, sed potest Regno cedere, & illa obligatione priuari; & alio exemplo idem principium Caietan. confutat Soar. n.17.

Deuc-

²³
Vasq.
Deueniendo igitur ad fundamen-
ta sententiæ Vasquij, primo dicendū
est tale vinculum ex vi institutionis
Episcopatus, vt à Christo facta, non
esse indissolubile; & ad primum de-
sumptum ex decretis antiquis pro-
hibentibus ne Episcopi suas Eccle-
sias deserant; iam respondimus, nun-
quam fuisse illam prohibitionem ab-
solutam, sed cum illo addito, *sine debito*
ordine, vel *sine sedis Apostolicæ licen-*
tias, & prohibitio in eo fundatur, quia
in assumptione munera Episcopalis
datur pactum quoddam inter Epis-
copum, & suam Ecclesiam, seu inter
electum, & eligentes, vt significauit

Innoc. 3. in d. cap. *Inter corporalia*,
§. *Sicut enim*, ibi, *Inter personas eligen-*
tium, & electi: quocircā ex vi talis pa-
cti tenebitur Episcopus non recede-
re à munere suscepto, saltem sine cō-
fensi alterius partis, nimirum Eccle-
siæ suæ, seu eligentium, l. *Non solum*,
ff. de Pact.

²⁴
L. Non
solum.
Ad antiqua vero decreta, in qui-
bus hæc vno Episcopi, cum sua Ec-
clesia coniugium spirituale vocatur,
Ca. Inter ut est text. in d. cap. *Inter corporalia*, &
corporal. In cap. *Licet*, de translat. Epilcopi. ref-
C. Licet. pondetur, hoc esse per quandam si-
militudinem ad matrimonium carna-
le: nam comparatio illa cum matri-
monio, non est per conuenientiam
vniuocam, sed per quandam propor-
tionalitatem; & ideo necessarium nō
est, vt in omnibus proprietatibus æ-
qualitatem, aut similitudinē teneant:
nam imprimis matrimonium carnale
consummatur per usum contrahen-
tium, per quem, vinculum ipsum fit
indissolubilius, vt ex propria materia
suppono. At vero spirituale coniu-
gum, quanuis consummari consecra-

tione dicatur in d. cap. *Licet*. nihilo-
A minùs nihil ei per consecrationē ad-
ditur, vtique quoad firmitatē vinculi,
vt ex d. cap. *Inter corporalia*, habetur.
Tandem in matrimonio carnali fieri
non potest per dispensationem Pa-
pæ, vt unus duas uxores simul habe-
at: in coniugio autem spirituali fieri
potest, vt unus Episcopus duas Ec-
clesias sponsas habeat, & sæpè fit: er-
go quanuis vinculum Episcopi cum
sua Ecclesia vocetur coniugium spi-
rituale, non est propter eā necessariū,
vt habeat similitudinem in naturali
vinculi indissolubilitate.

²⁵
His prehabitis ad verba Innocen-
tij dicentis in d. cap. *Inter corporalia*,
de translatione Episcopi, *Deum sibi re-*
seruasse huius vinculi Episcopalis dissolu-
tionem, facile respondetur: nam hæc
verba explicanda sunt per illa, que in-
feriùs subdit: *Non enim humana, sed*
potius divina potestate, coniugium spiritua-
le dissoluitur, cum per translationem, de-
positionem, aut cessationem autoritate
Romani Pontificis (quem constat esse Vi-
carium Iesu Christi) Episcopus ab Eccle-
sia remouetur: ergo eo modo, quo dis-
solutur illud vinculum auctoritate diuina,
eodem modo vinculum factum
est indissolubile auctoritate diuina; id
est, auctoritate diuinitatis data Vicario
suo: nam sicut Deus soluit per suum
Vicarium, ita per eundem reserua-
uit; in quo sensu explicit Doctores
*hæc verba in d. cap. *Inter corporalia*,*
Illatris sunt reseruata Romano Pontifi-
ci, non tam Constitutione Canonica, quia
auctoritate diuina; quia ipsa constitu-
tio Canonica in auctoritate diuina
fundata est, & ita non obstant p̄ae-
*dici textus in dicto cap. *Inter corpo-**

ralia, & d. c. *Licet*, imò hoc confirmat,

Cap. Li. quia cap. *Licet*, expressè addit modū,
quo spirituale coniugium indissolu-

bile sit; scilicet *sine authoritate Vicarij*
Christi, quia contractum est primo-

dum cuiusdam fœderis sub tali one-

re, & conditione. Et ideo in cap. *Nisi*
cum pridem, fundamētum huius obli-

gationis dicitur esse *fides data in con-*

tractione talis vinculi: non est ergo im-

mediatè de iure diuino, sed mediante

data fide cum onere, & obligatione,

seu conditione, authoritate Pontifi-

cum præscripta.

28 *Alia vero opinio dicens hanc im-*

mobilitatem Episcopatus cum obli-

gatione non deserendi illum sua spō-

te, oriri ex peculiari voto, quo Episcop-

opus se obligat ad perpetuam pa-

storalem curam talis Ecclesiæ, quæ

fuit sententia D. Thomæ 2.2. q. 184.

Cartbus. art. 4. & 5. & clariùs q. 185. art. 4. Car-

thusianus opuscul. de Regimin. Epis-

cop. art. 3. Sot. lib. 10. de iustitia, q. 2,

art. 4. Vualdens. tom. 3. doctrinalis fi-

dei lib. 3. tit. 2. cap. 17. omnino reijci-

enda est. Primò, quia tale votum non

fit ab Episcopo electo, & confirmato

acceptante, & suscipiente pastoralem

curam, quia vel illud votum est de

præstandis, ac exequendis actionibus

sui muneris, vel de perseverando in

illo munere; primum non est dicen-

dum, quia si illud votum cadit in so-

las actiones, ad quas Episcopus tene-

tur ex præcepto charitatis, vel iusti-

tiæ, ratione officij, iam non est verisi-

mile imponi tale votum ex obliga-

tione, cum prior obligatio sufficiat;

si illud votum esse creditur de aliqui-

bus operibus superrogationis, quæ

alijs non sunt in præcepto, tale votu

esse nimis onerosum, & propria spō-

te raro; nec credo posse Episcopum

per Ecclesiam cogi ad illud emitten-

dum; & constat, quia si Episcopus in

sua institutione, aliqua in particulari

promittit, vel iurat, illa non sunt vota

specialia Deo facta, sed vel humanæ

promissiones, vel iuramenta, quibus

priores obligationes magis confir-

mantur, ut videre licet in cap. *Ego N.*

de iure iurando, & in forma iuramē-

ti, quæ in Pontificali Romano habe-

tur. Secundum de voto perseverandi

in munere, probatur primò ex d. cap.

Nisi cum pridem in fine, vbi dicitur *E-*

piscopum esse ligatum nexibus præ-

ceptorum, ne volare possit ad reli-

gionem sine licentia Papæ. Secundò

ex eodem cap. §. Verum si, vbi illa obli-

gatio perseverandi, in fide data fun-

si. dari dicitur, fides autem data fuit non

per votum proprium Deo factum, &

speciale, sed per pactum ipsum inclu-

sum in acceptatione talis munericis, cū

tali onere, & obligatione lege Eccle-

siastica præscripta. Tertiò, quia hæc

obligatio sufficit, & ideo ultra illam

non est cur cogatur Episcopus ad su-

peraddendam voti obligationem, ut

suprà diximus. Quartò, quia quando

cum aliquo dispensatur, ut renunciet,

vel transeat ad alium Episcopatū non

censemur fieri dispensatio in aliquo

voto, alioquin talis dispensatio sine

sufficiēte causa facta esset nulla, quod

est incredibile, ut iam ostensum est.

Quare sciendum est ad immutabili-

tatem status Episcopi sufficere mora-

lem obligationem permanendi in il-

lo munere, ortam ex pacto inito cum

Ecclesia, inclusò in ipsa acceptatione

Episcopatus cum conditionibus præ-

scriptis, vel ex mutuo consensu con-

trahentium, vel ex iure Pontificio.

Imò cum Soario d. loco existimo ad

ratio-

soar.

L. Non solum rationem status sufficere pactum de se perpetuum, à quo recedere quis non possit sine consensu alterius cōtrahentis, iuxta text. in d.l. Non solum, ff. de pæctis.

S. III. De iurisdictione, & potestate Episcoporum, ratione ordinis.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus per consecrationem Episcopalem recipit à Christo immediatè nouam ordinis potestatem, qua iure diuino superior est sacerdote.
- 2 Ministeria, quæ ratione ordinis Episcopalis solummodo Episcopo reseruantur, alia sunt sacramenta, alia vero sacramentalia.
- 3 Huiusmodi ministeria nō ab ipso Christo fuerunt distincta, sed hæc determinationi Ecclesie reliquit.
- 4 Quæ ministeria sint Episcopo reservata.
- 5 Sacramenti Confirmationis Episcopus ordinarius minister est.
- 6 Innocent. fundamentum pro negatiua recycitur.
- 7 Consecratio Chrisma, qua hoc sacramentum confertur, ad solos Episcopos pertinet.
- 8 Sacramentum Ordinis soli Episcopi ex officio conferre possunt.
- 9 Vtrum Episcopi heretici, schismati ci, & præcisi sacramentum ordinis valide conferant.
- 10 Explicantur iura in contrarium adducta.
- 11 Quid dicendum de Episcopis, qui ab hereticis Episcopalem consecrationē recuperunt, & affirmatiū resoluunt.

- A 12 Ad iura, & fundamenta partis negativa respondetur.
- B 13 Ordinarii ab hereticis, nullo modo eiusdem ordinis, legitimum usum, seu exercitium recipiunt.
- C 14 Ignorantia in hoc casu non excusat, & ita intelligitur caput ordinaciones cum alijs. 9. q. 1.
- D 15 Alia vero quæ Episcopis competit in ordine ad collationem huius sacramentii, ut v.g. concedere reuerendas, examinare ordinatos, & similia remissiue.
- E 16 Solus Episcopus iure ordinario consecrare potest triplex illud oleum quo sacramentales sunt unctiones.
- F 17 Vtrum Pontifex possit Episcopum ha reticum impedire ne huiusmodi Chrisma, aut oleum validè conficiat?
- G 18 Episcopo iure ordinario consecrare altaria, templa, & similia, vel iterum reconsecrare competit.
- H 19 An Ecclesia possit aliquando Episcopos primare, hac potestate circa sacramentalia.
- I 20 Vtrum solis Episcopis competit potestas ad omnia sacramentalia, quæ ob reuerentiam sacramentoorum, seu etiā diuini cultus sunt instituta.
- J 21 Ordinis potestate Romanus Pontifex Episcopis superior non est.

Quod tertiam verò nostræ disputationis partem, nempe de potestate Episcopali ratione ordinis, de qua in præsenti §. Ex dictis primò, & principaliter statuendum, Episcopum per consecrationem Episcopalem recipere à Christo immediatè nouam ordinis potestatem indelibilem, secundum quā iure diuino superior est sacerdote, & quædam ordinis ministeria exercere

valet, quæ præsbyteris omnino de-negatur, quam conclusionē expreßè ponit Tridentinum d. sess. 23. cap. 4.

Cœc. Tri-dent.

& Canon. 7. fatentur quæ omnes Doctores, de quibus infrà; & plenè relati ab Henrīq. d. lib. 10. c. 7. in principio,

Henrīq. litera B, à Vasquez in 3. partem tom. Vasq.

Bellar. 3. disp. 243. à Bellarmin. tom. 1. lib. 4. Sair.

cap. 10. à Sairo de sacram. in genere,

Aegid. lib. 1. cap. 2. q. 3. art. 5. ab Aegid. de sa-

cram. disp. 20. & etiam illi, qui solum fatentur characterem sacerdotalem per consecrationem episcopalem in Episcopo extendi, nemoque negat à Christo immediate accipi, cum conferatur per characterem ordinis, & gratiam, quæ solus Deus efficere potest.

Ex his autem ministerijs, quæ ratione ordinis Episcopalis solummodo Episcopo reseruantur, aliqua ponit Isidorus in cap. Perlectis, versic. ad

C. Perle. Episcopum. 25. dist. text. etiam in cap. Etis.

Quanuis. 68. dist. Trident. vbi proximè,

C. Quan-vis. & passim in iure nostro, alijsque Doctoribus singula numerantibus,

Trident. quæ ad officium Episcopi spectant.

Inter quæ ministeria, alia sunt sacramenta, vt v. g. Ordinis, Confirmatio-nis, &c. Alia verò solum sunt quædam sacramentalia, & consecratio-nes rerum sacrarum, vt altarium, va-

forum, vestimentorum, virginum, & similia. Quæ omnia licet, quoad alios effectus differant, de quibus infrà, in eo tamen conueniunt, quod quanuis de iure diuino Episcopi in hac po-

estate ordinis sint præsbyteris superiores, ita vt aliqua possint ordinis ministeria, quæ prohibentur Episco-pis, & potestas hæc, seu distinctio ab illo iure proueniat in generali, iuxta supradicta. Nihilominus tamen cor-

ta illa ministeria in particulari, quæ ratione prædicti ordinis solummodo Episcopis reseruantur, non ita ab ipso Christo fuerunt distincta, sed hæc determinationi Ecclesiæ reliquit, ex cuius institutione, & more reseratio hæc, & distinctio ortum habuit: quod probatur; nam nullibi reseratio hæc in iure diuino expressa reperitur, ne-pè, aut in sacra scriptura, aut Ecclesiæ testimonio, quæ hoc à Christo institutum affirmet, in quibus solis, ius diuinum versatur, iuxta regulam text. in cap. Ego solis. 9. dist. iuncto cap.

Cap. Ego solis.

Delibellis. 20. distinct. quinimodo hoc ex Ecclesiæ usu prouenire in sacra men-

to Confirmationis docet eleganter Pontifex in cap. Peruenit. 91. distinct.

ibi, Secundum veterem usum Ecclesiæ nostræ, &c. & in omnibus ferè. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia, c.

8. versic. Itaque dixinus mos, &c. hoc est, sanctus Ecclesiæ usus, ergo solum

ab Ecclesia hoc factum esse dicendū est, quanvis nonnulli Theologi in 4. distinct. 7. & dist. 25. contendant nō

C nulla dari ministeria, quæ specialiter Episcopis iure diuino reseruantur.

Sic etiam alijs videmus, quod in mul-

tis articulis, & sacramentis diuina in-

stitutio ab Ecclesia particularem ha-

bet determinationem, cui ipse Chri-

stus eam reliquit, vt in præcepto sa-

cramenti pœnitentiaz, in quo ab Ec-

clesia tempus certum determinatum

est, cap. Omnis, de pœnit. & in præcep-

to de sabbato sanctificando in capit.

Licet, de ferijs. Ex qua doctrina plura

D intelliguntur, & resoluuntur dubia,

de quibus infrà in discursu.

4

Vt autem in hac materia regulam

habeamus generalem, sciendum est,

omnia illa ordinis ministeria ex Ec-

clesiæ

C. Eccles. clesiæ vsu, & institutione Episcopis es-
se reseruata, quæ cōsonāt statui Epis-
copali, prout à Christo noscitur institu-
tus, vt generaliter sunt omnes cō-
secrationes ad rerum sacrarum per-
fectionem institutæ; cum enim Epis-
copalis status sit, tanquam principiū
inter sacerdotes ex diuina institutio-
ne, cap. *Ecclesia*, iuncta *Glossa* 1. 35.
dittin. & satis colligitur ex omnibus
suprà dictis, cui maximè conueniunt
illa omnia ministeria, quæ prædictum
principatum arguunt; hęc autem ma-
ximè sunt illa, quæ ad sacrarum fun-
ctionum perfectionem tendunt, D.
Thomas 2.2.q.184. art.6. Ad secun-
dum, necessariò dicendum est prædi-
ctas omnes consecrationes, Episcopo
tanquam ordinario ministro compe-
tere, intendit Trident. dicta sess. 23.
cap.4. Percurramus ergo singula or-
dinis ministeria eisdem Episcopis re-
seruata.

Primum est sacramentum Con-
firmationis, solus enim Episcopus tā-
quam ordinarius minister, sacra-
mentum hoc conferre potest. cap. 2. cap.
Cap. 2. *Munus*, cum multis alijs ibidem de
consecratione dist. 5. dicto cap. *Quan-*
uis. 68. distinct. textus optimus in cap.
Quanto, de consuetudine, & tanquam
C. Quam de fide ponit Tridentinum sess. 7. de
uis. C. Quāto. *Conc. Tri-*
dent. *Immol.* canon. 7. resoluunt post D. Thomam
3. p. q. 72. art. 1. Theologi communi-
ter in 4. dist. 7. quos latissimè refert
Henriquez lib. 3. de Confirmatione,
cap. 6. litera, A. nostri etiam, vt per
C. Quāto. *Abbas.* Couas 1. resolut. cap. 10. n. 6. Nauar.
Guerrer. in Man. cap. 22. n. 8. vers. *Dixit Episco-*
pus, Guerrer. in specul. Juris Pontific.
titul. de Confirmatione, pagin. 179.
Hugolin. Hugolin. de potest. Episcopi, cap. 25.

A nu. 2. Mirand. in Man. prælat. tom. 1. *Mirād.*
q. 44. art. 1. conclus. vniqa in fine, Bar-
bos. de officio, & potestate Episcopi,
p. 4. allegatione 30. refert infinitos
Viuald. de confirmat. n. 23. Scribon. *Viuald.*
in theosimia de cōfirmatione disp. 3. *Scribon.*
Idquè vltra alia argumēta ex eo col-
ligitur, quia Actorum. 8. & 19. soli *Actor. 8.*
Episcopi missi sunt ad confirmandos & 19.
illos, quos alij Ministri baptizabant,
tanquam si illis solis hoc munus ex
officio competeret, Ecclesiæque vsus
semper declaravit hoc ab illis fuisse
factum secūdum potestatem ordinis,
in qua soli Episcopi eis dicuntur suc-
cedere, vt in proposito comprobat
Henriquez dicto cap. 6. in principio, *Henriq.*
Bellarm. tom. 2. lib. 1. de confirmatio-
ne, cap. 12. & ex eodem argumento
tradit text. in cap. 1. §. penultimo, de sa-
cra vñctione. Adeò autem Episcopis
extraordinario officio cōpetit sacra-
mentum istud Confirmationis mini-
strare, vt Castro lib. 2. de iusta hæreti-
cor. punit. cap. 22. Couas d.c. 10. n. 8.
C tanquam hæreticā reprehendant sen-
tentiam Innocentij in cap. *Quanto*, de
Cōsuetudine, quam ibi sequitur Ab-
bas n. 11. Doctorumq; communiter
ex Immol. n. 9. assertentium posse per
Ecclesiam effici, quod Episcopus nō
sit minister huius sacramenti, nec il-
lud validè conferat, ratio verò eaest,
quia character Episcopalis ordinis, cō-
tinet absolutā, & independentē po-
testatem cōferendi sacramentū con-
firmationis, ordinis, & alia similia, vt
notarunt Bellarminus. & Soarius di-
ctis locis. Ex diuina enim institutio-
ne in generali hoc complectitur, iux-
ta ea, quę suprà proximè tradidimus,
& illud Pauli. 1. ad Corinth. 4. *Sic nos 1. ad Cor.*
existimet homo, vt ministri Christi, & 4.
dispensa-

dispensatores mysteriorum Dei, &c. Sed character ille, & potestas indelebiliter imprimitur auctoritate Christi, neque potest aliquo modo impediri, ut latè ex Trident. & Patribus, cōprobabat Henriquez d. cap. 6. §. 2. & 3. iuncta litera, H. Vasquez dicta disp. 219. Iodoc Coccin. in thesaur. cathol. tomo 2. lib. 5. art. vltimo, Soarez dicta disp. 36. Frater Emmanuel reg. quæstion. tomo 1. q. 18. art. 3. Asor. institutionum Moral. p. 2. lib. 3. c. 30. q. 4. Reginald. in praxi for. pænit. libr. 28. n. 17. Valentia tomo 4. disput. 5. q. 2. punct. 1. Scribonius in theosimia de confirmatione, disp. 3: ergo Ecclesia nullo modo efficere poterit, ut Episcopus aliquis v.g. hæreticus, aut præcitus ab Ecclesia, hoc sacramentum validè ministrare non possit, quemadmodum nec Episcopus ad illud administrandum aliqua Ecclesiæ auctoritate indiget. Conferunt, quæ infrà dicimus circa sacramentum ordinis. Ita suprà citati Doctores, Saa. verbo Confirmatio, Henriquez d. cap. 6. num. 2. Soar. d. tom. 3. disput. 36. sect. 3. vers. Dicendum est ergo, Reginald. d. lib. 28. n. 19. Mari. Alter. de cens. tomo 1. lib. 1. cap. 3. disp. 8. Barbosa dicta p. 2. allegat. 30. n. 2.

6 Neque obstat argumentum unicum quo contrarium tuetur Innocet. nēpē, quod sola auctoritate Ecclesiæ ministerium huius sacramenti Episcopis reseruatur; ac proinde eadem auctoritate reuocari poterit, iuxta regulam capituli primi de reg. iur. in antiq. facile enim resoluetur, si dicas hoc solum concludere, posse Ecclesiam reservationem tollendo, quod quilibet sacerdos præter Episcopum hoc sacramentum validè conferat, non

Cap. 1. de Reg. iur.

A autem quod ipse Episcopus non cōferat, in quo nostra est disputatio; quo pacto autē ex Ecclesia, seu Pontificis concessione hoc possit committi simplici præsbytero, aut etiam prætextu consuetudinis, notabimus infrà disputatione sequenti, cum de præsbyteris egerimus.

Similiter hæc consecratio Christi, qua hoc sacramentum conferatur, tanquam materia, ad solos Episcopos pertinet ratione ordinis Episcopalis, neque illud præsbyteri efficeretur, cap. 1. cum sequentib. 26. q. 6. cap. 1. de sacra unctione, & ex alijs multis Concilijs à Summis Pontificibus. Comprobat etiam S. Thom. 3. p. q. 72. art. 4. Viuald. in Candel. sub titulo de Confirmatione, cap. 2. n. 4. & 5. Valentia tomo 4. disput. 5. q. 2. puncto 2. ad finem, Henriquez d. libr. 3. de confirmat. cap. 2. §. 2. iuncta litera, V. Bellarm. d. lib. 3. cap. 8. Soares tom. 3. disp. 33. sect. 2. Neque etiam Ecclesia impedire poterit, quominus Episcopus etiam hæreticus illud consecret, quia non est sacramentale ab Ecclesia institutum, ut inquit Castro, & Cou. ubi suprà, sed consecratio pertinens ad materiam huius sacramenti; utrum verò consecratio hæc etiam præsbyteris à Papa committi valcat? dubium est non leue, de quo infrà disputatione sequenti, & vide citatos ab Henriquez dicta litera, V. & S. & à Barbosa de Episcopis p. 2. allegatione 31. num. 5.

8 Secundum est ordinis sacramentum, quod soli Episcopi ex officio conferre possunt, ut manifestè colligitur ex multis iuribus suprà citatis, cap. Perfectis, vers. Ad Episcopum. 25. dist. d. cap. Quatuor. 68. dist. cap. 1. de Ordina-

Cor
ren
Tri
S. 2

7

Cap. 1. 16
q. 6.

Cap. 1. di
sac. unct.

D. Tho.
Viuald.
Valentia.

Henriq.
Bellarm.
Soar.

Castro.
Cohas.

Heariq.
Barbos.

C. Perle.
Etis.

C. Quatuor.
Cap. 1.

Ordina-

Cor
Viua
Bar
Ken
Scri

Gra

Bell

D. u

S. T

Conc. Flo- Ordinatis ab Episcopo, & post Con-
rent. ciliū Florent. expressè statuit Tri-
Trident. dent. d. sess. 23. canon. 7. agnoscuntq;
S. Thom. omnes Doctores Catholici cum D.
Thoma in 4. dist. 25. q. 1. artic. 1. vbi
omnes, & in materia de sacramento
ordinis. Ex nostris est Couas d. lib. 1.
cap. 10. n. 7. infiniti relati à Viuald. de
sacrament. ord. n. 17. Barbos. d. p. 1. al-
legatione 3. Henriquez dicto lib. 10.
cap. 21. à princip. Scribonius in theo-
simia de ordine, disput. 7.

Dubiū tamen est graue inter Do-
ctores, vtrū ministerium hoc adeò
Episcopis competit, vt ab Ecclesia
nullo modo impediri possit, videlicet
vtrum Episcopi etiam hæretici, schis-
matici, & præcisi illud validè confi-
cient, & quanvis in illo multæ videā-
tur Summorum Pontificum authori-
tates inter se repugnare, quas refert
Gracian. Gracianus. 1. q. 1. 1. q. 7. & 9. q. 1, in
hocque etiam multi fuissent Hæreti-
corum errores, quos congerit Bellar-
min. tom. 2. lib. 1. de sacrament. in ge-
nere, cap. 6. nihilominus tamen, vt
omnia concilientur, & intelligantur
certò statuendum est, Episcopos om-
nes ritè ordinatos validè sacramentū
hoc conferre, & characterem inijce-
re, quanvis hæretici, aut ab Ecclesia
præcisi proponantur, quam proposi-
tionem elegantè comprobat Diuus
D. Aug. Augustinus in cap. Quod quidam. 1. q.
S. Thom. 1. & omnes ibi, D. Thomas vbi suprà;
confirmaturque ex ratione, quam su-
prà circa sacramentum confirmatio-
nis præstitimus, & à multis iuribus,
quæ asserunt validitatem sacramenti
nō pēdere ab unitate ministri, sed po-
tiùs à charactere, qui indelebilis est,
nec p. r. hæresim amittitur, & sicut
character sacramenti per nulla ordi-

nati scelera, aut ecclesiasticam pote-
statem potest vñquam deleri: ita nec
potestas per eum significata, quæque
per sacramentū diuinitus confertur,
potest vlla ratione, quandiu ordina-
tus viuit, ab eo tolli, cuius nulla est alla
ratio, quam voluntas Christi id ita
instituentis, ne si hæc potestas pen-
deret à fide, vel meritis ipsius mini-
stri, essemus semper dubij de valore
sacramentorum. Trident. sess. 7. can.
9. & can. 12.

**Cœ. Tri-
dent.** Neque huic veritati obstat text.
B in cap. Et si illa, §. Sunt autem. I. q. 7. Cap. Et si
ordinatos ab hæreticis, ac præcisis, illa.
deinceps esse posse à iterum in Ee-
clesia ordinandos. Respōdetur enim
versum illum esse Graciani, qui forte
ductus opinione Durandi afferentis
solum præsbyterium esse sacra-
mentum, putauit reliquos ordines ab hæ-
reticis collatos nullius esse momenti.

Ampliatur autem suprà dicta pro-
positio, vt non solum procedat in illis
Episcopis, qui ritè, & verè à Catholi-
cis fuerunt ordinati, & posteà facti
C sunt hæretici, sed etiam in illis, qui ab
ijsdem hæreticis Episcopalem con-
secrationem, in forma tamen Eccle-
siæ receperunt; hi namque etiam sa-
cramentū hoc validè conferre pote-
runt, quāvis ab hæreticis ordinati pro-
ponātur. Quā ampliationē apud nos
sequitur Glossa 1. in cap. Daibertum.
1. q. 7, Glossa 2. in cap. Ordinationes. 9.
q. 1. & fuit sententia Magistri d. dist.
25. vbi D. Thomas q. 2. ar. 2. Soto ar.
1. & cæteri passim Theologi: ratio

D verò in promptu est: nam si verum
est dicere quod Episcopi per hære-
sim non amittunt characterem, & po-
testatem indeleibilem, imò adhuc au-
toritate Christi ministrant, non sua,
sequitur

**Cœ. Tri-
dent.**

10

Cap. Et si

11

Glossa. 1.

Glossa. 2.

Magist.

S. Thom

Soto.

252 Prima pars Relect. de Ecclesiastica Hierarch.

sequitur etiam, quod ab ipsis ordinati, verum characterem, & ordinem recipiant; ac subinde, quod etiam per illud alios ordinare poterunt, alias enim pugnantia, & contradicentia in hoc reperiuntur, ut eleganter aduentunt Soto, & Soar. dictis locis. Item eandem ampliationem videtur probare text. in cap. *Ab excommunicatis*, & in cap. *Ordinationes*, vers. *Qui vero*. 9. q. 1. in aduersaria, quam facit. Accedit tandem doctrina Glossæ verbo *Firmatus*, in cap. *Prouida*. 44. de electione lib. 6. afferentis Episcopalem consecrationem etiam contra formam illius textus iniijcere vinculum sacramentale, quia scilicet illud tantum prouenit ex charactere, quod impediri non poterit.

Neque retenta hac sententia, & ampliatione, obstant fundamenta, & iura, quibus contrarium videtur tueri Ioannes relatus à Glossa verb. *Unitatem*, quod quidem & tribuitur Graciano ibidem, vers. *Sed nec*. Primum enim dum contendunt ideo non posse Episcopos ordinatos ab hereticis ordines validè conferre, quia Episcopalis consecratio sacramentale tantum est ab Ecclesia institutum, cuius potestate ipsa Ecclesia eosdem hereticos priuare potest, ineptissimum est; constat enim ex supra resolutis consecrationem illam verum esse sacramentum Ordinis, characterem per se iniiciens, quod subinde nullo modo potestati Ecclesiastice subest. Ad secundum vero ex text. in cap. *Dai-*

C. Dai-
bertum.

C. Per il-
licitam.

C. Nos.

tutiuspoli

nem. 9. q. 1, cum alijs, dicendum est iura illa procedere, quando ordinationes facte sunt contra formam Ecclesiae, tunc enim illas Ecclesia non recipit, sed iterum facienda sunt ob defectum formæ, non vero quia ab hereticis collatae sunt, ut optimè interpretatur *Glossa prima* in dict. cap. *Ab excommunicat.* & ultima in d. cap. *Nos consecrationem*, sic etiam quanvis Ecclesia baptismum ab hereticis collatum, tanquam verum recipiat, ut in dicto cap. *Quod quidam*, vers. *Sicut*, & *Ca.* *Quod* B sèpè alibi, nihilominus non admittit, *quidam*. si non fuerit factum in forma Ecclesiae, indeq; in Concilio Niceno ca- *Conc. Ni-* non. 19. solùm inter alios hereticos *can.* iubebantur Paulianistæ rebaptizari, quia, ut ex D. Hieronymo aduertit Bellarm. d. cap. 26. non vtebantur *Bellar.* forma legitima, ut probat tex. in cap. *Paulianista*. 1. q. 1. Tertium denique, *C. Paulis* quod potest sumi ex text. in d. cap. *niste.* *Prouida*, ubi nullius firmitatis censet C. *Proui* consecrationem Episcopi factam cō- *da.* tra formam illius text. respondet *Glos-* *Glossa.* sa ibidem solummodo de officijs exe- *cutione*, quam sequuntur Doctores communiter, Antonius, & Abb. ibi *Anton.* num. 11. *Abb. ss.*

Limitabis tamē suprà dictam propositiōnem, quanvis Episcopi heretici ordinis sacramentum verè conferant, hoc tamen nō procedere quo ad effectum executionis, ita ut ab illis ordinati nullo modo eiusdem ordinis legítimum vsum, seu exercitium recipient, ita hanc limitationem probant textus sic intelligēdi in cap. *Qui* *Cap. Qui* perfect. *C. Ventu.*

perfectionem, & in cap. *Ventum*. 1. q. 1. cum multis alijs afferentibus, virtutem Spiritus Sancti cum talibus sacra- *C. Corpo-* cramentis nō transire, cap. *Corporalia*, *ralia.* *cap.*

C. Non sa-
nat. cap. Non sanat. cap. Baptisma. i. q. i. per
virtutem namque Spiritus Sancti so-

C. Baptis-
mz. lam gratiam ad dignè administrandū
intelligere videntur. Ratio verò ea
est, quia præterquamquid huiusmo-
di ministeria sic attentata contra pro-
hibitionem Ecclesiæ illicita sunt, &
sacrilegij crimine inuoluta. d. cap.

Ca. Quod quidam, ibi, Quanuis recte dici
quidam. possit illicite datum, &c. Ipsi etiam
Episcopi, cum tanquam ab Ecclesia
præcisi careant prædicta ordinis ex-
ecutione, nequaquam possunt illum
à se ordinatis tribuere; constat siquidem,
quod in hoc sacramento Epis-
copus nihil potest tribuere, quod ipse
non habeat, iuxta vulgarem regulam

Cap. Quod capit. Quod autem, de iure patronat,
autem. & quia potestas suscipientis videtur,
quasi à potestate ordinantis traduci,

D.Thom. vt ex Diuo Thoma, quem refert, af-
Ledesma. ferit Ledesma 24. quæst. 36. artic. 4.
& 5.

15. Limitabis secundò prædictam or-
dinis executionem non recipere ordi-
natos ab hæreticis, etiamsi ordina-
ti ignorent, aut sciant suos ordinato-
res esse præcisos ab Ecclesia, vt pro-
bant optimi text. in cap. 1. & 2. de or-
din. ab Episcopo; solum enim ibi ex-
penditur ignorantia ad casum dispe-
sationis, non verò ad officij execu-
tionem, cap. Ordinationes, cum alijs. 9.
q. 1. Glossa verbo, irritas, in cap. 1. de

C. Ordina-
tiones. schismaticis, & sæpè alibi communis
ultra alias, ex Couas in cap. Alma.

Contra. 1.p. §. 6. n. 6. Et ratio est, quia hoc
cum non proueniat ex culpa ordina-
ti, nec sit poena nihil potest prodeesse
ignorantia. Neque obstat text. in di-

C. Ordina-
tiones. cto cap. Ordinationes, ibi, nisi probare
voluerit, se cum ordinaretur eos nescisse
damnatos, &c. et. quia text. hoc solum

A considerat ad effectum dispensatio-
nis, vt videlicet, si detur ignorantia,
possit cum eis dispensari, alias vero
minime. Neque etiam, quod boni-
tas, aut malitia ministri non potest
impedire effectus ordinis, qualis pla-
nè videtur prædicta ordinis execu-
tio. dict. cap. Qui perfectionem, cum L. Qui per
alijs; respondetur enim hoc speciale fictionem.
esse in sacramento ordinis, in quo
iuxtra suprà dicta, prædictam execu-
tionem conferre non potest, nisi ille,
qui eum habeat. Vtrum vero mini-
sterium huius sacramenti, ita ad Epis-
copos pertinet, vt neque per Sum-
mi Pontificis concessionem possit
præsbyteris demandari, dicemus in-
frà disputatione sequenti. Circa alia
verò, quæ Episcopis competunt in
ordine ad collationem huius sacra-
menti, vt v. g. concedere reueren-
das, examinare ordinatos, & alia si-
milia requisita, quia non est propria
huius loci disputatione, videri possunt
per Henr. & ab eo citatos cap. 17. Henr. Barbos.

numer. 20. & 22. Barbosa de officio,
& potestate Episcop. parte 1. alleg. 2.
& 3. Tandem qualis Episcopus or-
dines conferre possit de iure tradit
idem Henriquez cap. 21. §. 3. Barbos.
d. allegatione 2. Henr. Barbos.

16 Tertium versatur circa quædam
sacramentalia, & consecrationes re-
rum sacrarum institutas. Imprimis nāq;
solus Episcopus iure ordinario con-
secrare potest triplex illud oleum,
quo sacramentales fiuntunctiones,
puta, oleum Chrismatis cathecume-
norum, & infirmorum, cuius memi-
nit Pontifex in cap. 1. de sacra vn-
ctione, vt circa oleum Chrismatis iam
suprà diximus, & in omnibus probat C. Perle-
text. in d. c. Perleatis, vers. ad Episcopū. etis.

Y dicto

C. Quāuis dicto cap. **Quanuis.** 68. dist. cap. **Literis.** **C. Si quis.** **ris**, de Consecratione, dist. 3. cap. **Si quis de alio**, de Consecratione dist. 4. cum alijs, quæ iura quanuis solum loquantur expressè de chrismate, intelliguntur tamen, & procedunt, in alijs oleis, licet enim Chriſma ſtrictè ſumptum importet tantum, quoddam vnguentum ex oleo, & balsamo compositum, cap. 1. ibi, *Et conficitur, de ſacra vñctione.* Nihilominus tamen attenta sermonis proprietate omne vnguentum significat ad vnguēdum designatum, Soto in 4. dist. 7. q. vni- ca, artic. 2. Sairo de Sacrament. in ge- nere libr. 1. cap. 3. q. vni- ca, artic. 3. **Victoria.** Victoria de Sacrament. conclus. 40. **Soar.** Soar. tom. 3. disput. 33. ſect. 1. & 2. **Camerota.** Camerota de Sacrament. tract. 3. de Confirmat. cap. 2. de materia Con- confirmationis, pag. 112. Et ita præcep- tum Ecclesiæ de renouando Chris- mate ſingulis annis in die coenæ Do- mini, de quo in dicto cap. **Literis**, cap. **Quoniam**, de ſentent. excommunicat. lib. 6. Ad triplex illud oleum exten- dunt communiter Doctores, & vetu- ſtissimus Ecclesiæ uſus. Huiusmodi autem confeſratio chrismatis non debet numerari inter sacramentalia ab Ecclesia instituta, quibus ipſa Episcopum aliquando priuare potest, iuxta ea, quæ in frā dicemus, quinimō Papa non poterit Episcopum etiam hæreticum impediſcere, ne huiusmodi chrisma, aut oleum validè conficiat, quia pertinent ad materias ſacramē- torum, ut notauit Henriquez d.lib. 3. de confirmatione, cap. 6. in principio, litera G. & ſupracitati Doctores. Vtrū verò hæc confeſratio poſſit etiam de commissione Pontificis à preſby- tero fieri, agemus in frā disp. ſequēti.

17

Henriq.

ofib

Deindè ad eundem pertinet iure ordinario confeſcari altaria, templa, vel iterū reconfeſcari, & reconciliare vasa, vt calices, & ornamenta al- taris, vt corporalia, & ſex ſacerdotalia, ac nouem Epifcopalia, & aliorum miniftrorum uestes ſacras, vt com- probat text. in dicto cap. **Perleſtis**, & in dicto cap. **Quanuis**, & in cap. 1. cum alijs ibidem de confeſcrat. dist. 1. cap. **Aqua**, de confeſcrat. Ecclesiæ, vel alta- ris, ſunt enim huiusmodi omnia ad accidentalem perfectionem, & con- dignam celebritatem ſacrificij Miffæ institutæ, dict. cap. 1. ac ſubinde ſoli Epifcopo reſeruantur Hugolin. de **Hugolin.** poteftat. Epifcop. cap. 28. n. 1. Fr. Lu- douicus de **Miranda** in Manu. præ- lat. q. 39. art. 1. concl. 3. tomo. 2. Asor. **Asor.** institutionum Moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. quæſt. 10. & part. 2. libr. 9. cap. 4. quæſt. 1. Barbos. dicta 2. p. alleg. 27. **Barbos.** numer. 1. Item ijdem ſoli competit pænitentes, qui ſolemnem pænitentiam agebant publicè in Miffa recon- ciliare, cap. 1. 26. quæſt. 6. cap. **Mini- strare**, eadem quæſtione dicto cap. **Quanuis.** 68. diſtinct. Ac denique **C. Quāuis.** virgines Moniales poſt professio- nem, & completo 25. ætatis anno ſolem- niter confeſcari tradito velo, tan- quam ſponsæ Christi, iuxta textum in dicto cap. **De votis.** 20. quæſt. 1. C. **De vo- cap. Placuit.** 77. diſt. prout hæc om- nia tradunt Syluest. verbo, **Confeſ- tratio**, & cæteri Summiſtæ, Asor. p. 1. libr. 12. cap. 20. quæſtione 6. Miran- da dicto loco, quæſt. 7. conclus. 1. **D** Henriq. lib. 10. cap. 24. & cap. 31. §. 4. **Henriq.** Barbos. d. alleg. 27. num. 55. vbi alios **Barbos.** citat.

Cæterū aduertendum eſt, quod quanuis poſteſtas hæc faciendi, & cō- ſecrandi

18.

C. Perleſtis.**C. Quāuis.****Cap. 1.****C. Aqua.****Cap. 1.****C. Mini- strare.****C. Quāuis.****Cap. 1.****C. Mini- strare.****C. Quāuis.****Cap. 1.****C. Mini- strare.****C. Quāuis.****Cap. 1.****C. Mini- strare.****C. Quāuis.****Cap. 1.**

secrandi sacramentalia Episcopis ratione ordinis competit, & ita in generali iure diuino data sit, nihilominus tamen quia sacramentalia ipsa in particulari sunt de iure ecclesiastico instituta, & ita subsunt potestati Ecclesiae poterit imprimis ipsa Ecclesia eos Episcopos aliquando priuare hac potestate, ita ut Episcopus hereticus, vel prescissus ab Ecclesia nullo modo illa validè conficiat, prout latè, & eleganter tradit Castro de iusta heretic. punit. cap. 22. Cou. 1. resol. c. 10. n. 8.

*Castro.
Cous.
Henriq.
C. Eccl. fisi.*

C. Eccl. fisi. 68. dist. vbi Ecclesiæ ab Ariani Episcopis consecratae iubet Pontifex iterum consecrari. Deinde poterit potestatem hanc conferendi sacramentalia simplici sacerdoti committere, ut infrâ dicemus disputatione sequenti.

20 Dubitari autem in proposito merito potest, vtrum quemadmodum solis Episcopis potestas competit ad praedicta sacramentalia conferenda competit etiam vniuersaliter ad omnia sacramentalia, quæ ob reuerentiam sacramentorum, seu etiam diuini cultus sunt instituta; videmus namque multa sacramentalia, & cæremonias in administratione sacramentorum presbyteris demandari, & competere iure ordinario, ut sunt unctiones, & ritus pro baptismi solemnitate instituta, cap. Postquam, cap. Presbyteris, de quæm. C. Pres. byteris. C. Aquæ. de consecratione, dist. 3. & multæ aliæ. Quarè resoluendum est, quod sacramentalia illa, quæ in administratione sacramentorum occurruunt tanquam

*Ca. Post.
quæm.
C. Pres.
byteris.
C. Aquæ.*

partes respectu totius ministri corùdem competit, ne continētia actus diuidatur, & ex regula. *Qui licet, lib. 6.* Reg. Qui licet. è quorum numero sunt prædictæunctiones in baptismo, benedictiones nubentium, & aliæ similes, quæ velut vnum constituentes actum adhibentur: at verò cætera sacramentalia, quæ tanquam actiones per se stantes concurrunt, & ad alias perficiendas sunt institutæ, ut consecrationes templorum, altarium, & cæt. cum aliarum consecrationum ministros præparent ad suas dignè conficiendas actiones solum Episcopis, tanquam maioribus competit, vt optimè deducit D. Thomas in 4. distinct. 25. quæst. 1. artic. 1. Textus optimus in dicto cap. Perleætis, ibi, *Ipse tamen est præordinatator in cunctis.* 25. dist. Ex horum numero sunt omnes cōsecrationes, quæ ad solum Episcopum, tanquam ad ministrum spectant, de quibus suprà diximus.

Ex quibus omnibus suprà dictis iam manifestè apparet rectè Doctores nostros tanquam axioma certum constituere, quod in ordinis potestate Romanus Pontifex Episcopis superior non est, imò omnia potest Episcopus, quæ idem Pontifex valet exercere, ut tradidunt Doctores in materia de sacramento Ordinis, probatque textus ita intelligendus in cap. In nouo, ibi, pari. 21. dist. vt interpretatur Glossa ibi, tradit Augustin. us. de Anchona de potestate Ecclesiae, Glossa. q. 1. art. 5. Ioannes Arboreus libr. 1. Auchona. Theosophia, c. 25. Henriq. d. lib. 10. Arboreus. de ordine, c. 7. §. 2. in finalibus verbis. Henriq. Et denique ex ipsa Christi institutione ostenditur, cum enim ipse Episcopos tanquam supremos sacerdotes

instituerit in personis Apostolorum,
& in nihilo eisdem circa hanc potestatem Petrum præfecerit, sed solū in iurisdictione, & regimine totius Ecclesiæ, vt iam suprà ostendimus, iuxta illud, *Pasce oves meas*, quod solū eidem præter alios dictum est; necessario consequitur, vt in prædicta ordinis potestate Papa Episcopis non sit superior, admittendumque omnino erit argumētum de Papa ad Episcopum circa potestatem ordinis, vt dixit Soto in 4. dist. 24. q. 2. artic. 4. column. 3. corollario. 2.

Soto.

S. IIII.
De potestate Episcoporum ratione iurisdictionis.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus in tota sua diœcesi potestatem habet, tam respectu fori interioris, quam exterioris.
- 2 Potestas clavium duplex est.
- 3 Iurisdictionis Episcoporum in genere sumpta de iure diuino est, & ex Christi institutione.
- 4 Episcoporum status in communi est de iure diuino, & Ecclesia sine illo non potest unquam existere.
- 5 An Episcopi canonice electi iurisdictionem accipiant à Deo, immediatè, an à Summo Pontifice.
- 6 Primum fundamentum partis affirmativa.
- 7 Secundum fundamentum.
- 8 Tertium annexitur.
- 9 Contraria sententia, quæ asserit Episcopos suam iurisdictionem in particuli immunitate accipere à Romano Pontifice omnino tenenda est.
- 10 Hac sententia probatur.

- A 11 Prima opinio explicatur, & refertur sententia Castri.
- 12 Illius fundamenta eliduntur.
- 12 Alius modus hanc sententiam explicandi expenditur.
- 14 Reijcitur hic modus, & confirmatur secunda sententia.
- 15 Primum fundamentum explicatur, & qualiter Episcopi Apostolis dicantur succedere.
- 16 Ad secundum respondetur.
- 17 3. De Episcoporū creatione reijcitur.
- 18 Qualiter se habeat Papa, vel Episcopus ordinans alium Episcopum.
- 19 Summus Pontifex aliquando Episcoporum iurisdictionē potest minuere.
- 20 Differentia inter iurisdictionem Pontificis, & Episcoporum.
- B 21 Episcopis tenetur Romanus Pontifex relinquere, & tribuere tantam iurisdictionem, quanta gubernationi omnium necessaria fuerit.
- 22 Episcopus in sua diœcesi omnia illa potest, quæ Pontifex in toto orbe, exceptis illis, quæ specialiter reseruantur.
- C 23 Quomodo, & qualis fuerit diuisio Diœcesum.
- 24 Soli Episcopi post Rom. Pōt. in Ecclesia attēto iure cōmuni ordinarij cēsetur.
- 25 Quæ Episcopis competant, tam in foro interiori pœnitentiae, quam etiam exteriori, remissiō dicuntur.
- 26 Quæ iura Episcopalia dicantur.
- 27 Referuntur aliquorum sententia scribentium discrimē inter legem iurisdictionis, & legem Diœcesanam.
- 28 Vera opinio in hac materia adscribit.
- 29 Quomodo iuria Episcopalia inter se differant.
- D 30 Ad fundamentum primum contrarie sententiae respondetur.
- 31 Ad secundum.
- 32 Ad tertium.

Egimus